19

COLLEGII CRIMINALIS
DISPUTATIO QUARTA
De

VARIIS CARNIS DELICTIS, VT ADULTERIO, STUPRO, INCESTV, &c.

Quam

DEO BENE FORTUNANTE,

Ex

DECRETO ET AUTHORITATE MAGNIFICI ET AMPLISSIMI IURECONSULTORUM ORDINIS IN Inclutâ Lipſienſium Academiâ,

PRÆSIDENTE

GERBERO Diettrichs SAXONE,

Nobiliſſimis atq; Præſtantiſſimis Dnn. Collegis ad diſceptandum propono

MICHAEL SCHUMAN Gottâ-Luſatus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

HALÆ SAXONUM,
Typis CHRISTOPHORI BISMARCI,
Anno M. DC. XV.

15

Reverendis, eruditâ Pietate & rerum uſu Clariſſimis Viris,

Dn. M. MELCHIORI LEÆNO ECCLEſiæ Neapolitanæ ad Orilam & Vicinæ Diæceſeos Ephoro vigilantiſſimo,

ET

Dn. M. JOHANNI SCHREITERO SS. THEOLOGIÆ Baccalaureo & Eccleſiæ Annæbergenſis Diacono ſolertiſſimo;

Nec non

Ampliſſimis, virtute & eruditione Præſtantiſſimis

Dn. M. IOHANNI MISLERO Quæſtori Neapolitano fidiſſimo,

ET

Dn. DANIELI PUTSCHERO J. U. Licentiando.

Suis quondam reſpectivè Præceptoribus, jam Patronis, fautoribus, affini & amicis ſummè honorandis

Hanc Diſputationem in verum perpetuæ gratitudinis & debitæ obſervantiæ teſtimonium dedico & offero

MICHAEL SCHUMAN Reſpondens.

COLLEGII CRIMINALIS
DISPUTATIO IV.

THESIS I.

PRobra, quemadmodum Ulpianus ſcribit, quædam naturâ turpia ſunt, quædam civiliter: In illis adulteria numerantur, quibus abſtinendum eſſe, naturali ratione dictitante, quisque intelligit (*a*) adeò, ut brutis quibuſdam à naturâ datum ſit, ut adulteria averſentur, (*b*) Quæ licet ita ſint, fit tamen, neſcio quomodo, ut hoc delictum, (quo, ut omnia animo ac cogitatione percurras, nihil fœdius, nihil hominum inter ſe ſocietati pernicioſius reperies, (*c*) homines ſæpiſſimè committant, & quod eſt conſequens, Deum præpotentem (*d*) & Rempubl. graviter offendant, (*e*) Quare, ſi hoc loco de adulterio diſputavero, nihil à propoſito alienũ me facturum cenſeo. Et ut à definitione noſtros ſecutus exordiar, definio adulterium, (*f*) quod lex Julia vindicat, (*g*) delictum publicum, (*h*) quo alienus thorus (*i*) dolo (*k*) libidinis explendæ gratiâ conſpurcatur, (*l*) ita dictum, Feſto autore, quod ſit ad alterius thorum acceſſio. (*m*)

(a) *l. probrum. 42. ff. D V.S. & ibi Goedd.* Naturæ enim lege vagæ prohibentur libidines. *c. 1. diſt. 81. c. quod in omnibus. 32. q. 7. c. ut clericorum. Extr. de vitâ & honeſt. cleric.* Weſemb. *in parat. ff. h. t. n. n. 2.* Anton. Fab. *in Juriſpr. Papin. tit. 2. p. 4. ill. 7.* Unde eleganter Cic. lib. 2. de legib. ſcribit: Si regnante, ait Orator, Tarquinio, nulla lex Romæ erat lata de

ſtupris, iccircò non contra illam legem ſempiternam Sextus Tarquinius Lucretiæ Tricipitini filiæ vim attulit. Hæc res quoque effecit, ut quæ in jure civili errantes inceſti crimine liberantur, adulterio commiſſo nullam mereantur excuſationem, *l. ſi adulterium. §. 1. ff. h. t.* propterea, quod lege naturali, quam ignorare eas inſita ratio non permittit, prohibitam rem admiſerint. (b) ut Ciconiæ, Elephantes, Leones, Columbæ, turtures, cornices, lynces, & alia ſexcenta, ut videre eſt apud Livium *lib. 8 c 5.* Solin. *c. 38.* Damhoud. *in prax. crim. c. 89. n. 98.* (c) Quid enim quæſo gravius, quid moleſtius marito accidere poteſt, quàm ſi thorus ejus connubialis, quem Deus voluit eſſe ſacratiſſimum, contaminetur. Ita enim vincula quodammodo divini & humani juris revelluntur, & arctiſſimis nexibus aſtricta conjugum conjunctio diſſolvitur, familiæ incertâ ſtirpe confunduntur, parenti non ſuo illegitima proles eandem cum juſtis liberis partem latura aſſeribitur, *l. 30. C. h. t.* Boſſ. *in tr. crim. t. de coit. damn.* ubi dicit, hoc crimen totam familiam demigrare. Quid dicam maritorum nece adulteria cumulata? notæ ſunt Uriæ, Agamemnonis, Fabii Fabriciani, Romani, Architophili Conſtantinopolitani uxoris ex adulterio uxorum natæ cædes. Berber. *in pract. Rubr. de adult. n. 6. Dd. in c clerici. ext. de judiciis.* Heig. *p. 2. q. 29. n.* 1. Damh. *d. c. 89. n. 1. & ſeq.* Proſp. Farin. *tr. crim p. 4. q. 141. n. 19. & ſeqq.* Hier. Caraval. *in com. contr. tom. q. 734 n. 1.* Tiraq *d. ll. connub. in l. 13. gl. 1. n. 26. &c.* Rectè igitur Cujac. *in c. 4. d. jud.* dicit: Sine calumniâ excuſari non poſſe Pontificis lapſum ſcribentis hoc crimen eſſe leve, adde Rauchb. *p. 1. q. 47. n. 27.* Maſc. *d. probat. 1. concl. 57. n. 1.* (d) Adulter enim, quod Deus conjunxit, ſeparat, quo pertinent teſtimonia, quæ paſſim in ſacris extant, inſpice, *Exod. 20. Deut. 22. Ezech. 17. & D. Joh. 8. Job 31. Gen. 25. Levit. 20. Dan. 23. Gen. 38. & c. 26. Eccleſ. c. 23. circa finem.* (e) Publicè enim intereſt, civitatem non degenerare, ſed legitimâ prole ditari, quemadmodum Maſonius dicere fuit ſolitus. Partes enim generales Remp. conſtituentes ſunt familiæ, & ex familiis conſtituta Reſp. conſervatur. Ni ergò matrimoniis ſua conſtet integritas, niſi vagæ libidines, coerceantur, inter quas primum locum obtinent adulteria, quibus familiæ incerta ſtirpe confunduntur, patri non legitima proles & alieni liberi, quos ut ſuos nutrit, fovet, & hæredes relinquit, ſupponuntur. (f) Hic ſcire noſtra intereſt, quod, quamvis lex Julia promiſcuè & indifferenter nomine ſtupri & adulterii uſa fuerit, *l. 101. d. V. S. & ibi Goedd.*

Alciat.

Alciat. lib. 24. tamen ſtuprum & adulterium ſpecificè differre. Quod ut intelligatur, ita habendum eſt: Stupri vocabulum & genericè & ſpecificè ſumi. Genericè quidem, quando omnis pudoris corruptionem denotat, & non tantum ſtuprum ſpecificè ita dictum adulterium & inceſtum, ſed omnem cum naturâ pugnantem coitum comprehendit. In ſpecie verò ſtuprum eſt, quod in virginem & viduam tantum committitur: adulterium verò quod in uxore alterius vel in nuptâ perpetratur, quando materfam. nupta corrumpitur. *l. 101. ubi Dd ff. d V. S. l. 6. ff. h. t.* Unde liquet, omne adulterium ſtuprum eſſe non contra. Genus enim prædicatur de ſpecie, non ſpecies de genere. Heig Mynſ. Vulr. & interpretes *ad §. 4. Inſt. d. publ. jud.* Weſ. *in par. ff. h. t. n. 7.* Delrio *ad l. 18. ff. de tranſact. n. 19.* Hinc quoq; concludunt interpretes, legem ſeu ſtatutum municipale, quod pœnam infligit adulterio non extendi ad ſtuprum. (g) Quam etſi ab Auguſto Octavio latam eſſe diſertè Ulpianus teſtis omni exceptione major ſcribat *in l. 1. ff. h. t.* quomodo idem Auguſtus autor primus fertur legis Juliæ Majeſtatis, item, de vi publicâ & privatâ, de ambitu &c. Extitêre tamen, qui à Julio Cæſare ejus originem repeterent, & ab Auguſto duntaxat auctam confirmatamq; dicerent. Quem in errorem eos, ut arbitror, ipſum legis nomen præcipites egit, non animadvertentes, Octavium, cui poſtea Auguſti nomen delatum eſt, teſtamento majoris avunculi adoptatum C. Jul. Cæſarem eſſe appellatum. Vid. Suet. *in Auguſto. c. 7.* Namque Romanis valdè familiare fuit, ut parentum adoptivorum, qui in alienam familiam adoptione tranſibant, nomina gentilitiis aliquantulum immutatis aſſumerent. Zonar *tom. 2. annal.* Auſtr. Diſſ. gl. Bart. & Dd. *ad l. 1. ff. h. t.* Cæterùm hæc lex Julia interdum de adulteriis coercendis. *l. 5. l. 42. ff. h. t. l. 3. l. 17. C. eod. l. 38. §1. ff. de minor.* interdum de pudicitiâ appellatur. *l. 8. l. 9. C. h. t.* Suet. *d. lib. c. 34.* Cujus capita ſi quis ſcire velit, is conſulat Barnab. Briſſonium *ad l. Jul. de adult. p. 84.* (h) *l. 1. ff. h. t. junct. l. 1. ff. d. publ. jud.* §. 4. *J. eod.* Et hæc ſententia ab interpretibus ad unum omnibus eſt approbata, ut non immeritò mirêris, quid in mentem venerit. Pet. de bella Port. *in l. 30. C. h. t.* Clar. *in §. adulterium. n. 7.* Althuſ. *J. R. c. 58.* Qui degant, adulterium invito, aut fallor Ulpiano *in d. l. 1.* inter delicta publica connumerari debere, quia, inquiunt, illa ſunt delicta publica, in quibus patet omnibus accuſandi poteſtas. Apparet autem, non admitti extraneos ad accuſandum in crimine adulterii. Sequens igitur eſt, illud publicum deli-

ctum non eſſe. Argumentatio ſanè levior, quàm ut tantos viros movere debuerit. Namque & propoſitio falſa eſt, & aſſumtio nón caret dubio. Non enim, ut propoſitionis falſitatem oſtendam, ex publicâ accuſandi poteſtate repetendum, utrum ſit publicum delictum necne? cum illa nota non ſit eſſentialis & propria delictorum publicorum, ſed ex lege, uti memini, me non obſcurè, ni fallor, oſtendiſſe in diſp. crim. 1. th. 4. Deinde aſſumtum non pauci negant, aſſerentes Conſtantinum *in l.* 30. *h. t.* non in univerſum extraneis accuſandi facultatem ademiſſe, ſed tantùm marito, & cæteris propinquis poſtpoſuiſſe. Noſtra ſententia quæ ſit, in th. ſeq. *3.* declarabo. (i) id quod tùm fit, quando matriſam. (h. e. uxori honeſtè viventi *l. fugitivus. 225. l. liberorum. §. familias d. V. S.*) ſtuprum infertur *l. 6. §. 1. h. t. l. ſtuprum. ff. eod. l. 101. d. V. S. l. 22. l. ſervi. l. ſeq. l. 29. C. h. t.* Ex hiſce conſtat differentia, de quâ jam ante vidimus, inter ſtuprum & adulterium: Illud enim cum ſoluta perpetratur, hoc verò cum nuptâ. Patet quoque hinc, maritum cum ſolutâ adulterium non committere, licet aliter ſentiant Canoniſtæ & Theologi, uti pluribus paulò pòſt oſtendemus. (k) Absque dolo enim fruſtra quæſieris adulterium, unde legis Juliæ verba hæc circumferuntur: Ne quis poſthac ſtuprum, adulterium facito ſciens, dolo malo. Quæ verba aperiſſimè oſtendunt, eum demùm ex hac lege plecti, qui dolo malo ſtuprum adulteriumvè commiſerit, adde *l. pen. l. miles. 11. §. pen. ff. h. t.* ſi igitur dolus abſit, ceſſat hujus legis pœna. Ex hoc principio fit, ſi quis non animo adulterii ſtuprive committendi honeſtæ matronæ virginive vitium obtulerit, cum juſtâ aliquâ ratione ductus ſine ullo dolo exiſtimaret, in ea ſtuprum non committi, excuſetur. Hinc quoque fit, ut mulier, quę vim paſſa eſt, Wenn ſie wider jhren Willen genothzüchtiget worden were / ut adultera non puniatur, *l. ſi uxor. §. ſi quis planè ff. h. t. l. fœdiſſimè. C. eod. c. illa autem c. ita propoſito 32 q. 5.* Carrer. *in prax. crimin. n. 3. tit. de homic. & aſſ. §. 4.* Petr. Gregor. *in Syntag. lib. 36. c. 7. n. 17.* id quod olim accidiſſe Lucretiæ Livius refert *lib. 1 d. c. propoſito. 32. q. 5. c. de pudicitiâ. 32. q. 2.* Damhoud. *d. c. 89. n. 41.* Inde quoque eſt, ut mulier, quæ quacunque fraude adducta credidit, ſibi cum marito rem eſſe, adulterii rea non ſit, *c. in lectum. c. ſi integro. 34. q. 2.* Beuſt. *in tr. de matrimon. c. 23.* Weſemb. *in par. ff. h. t. n. 14.* Angel. *in tr. maleſ. ad verb. Chebai adulterato, n. 46.* Proſp. Far. *p. 4. tr. crim. q. 141. tit. 16. n. 97.* Damhoud. *d. l. n. 42.* Eâdem ratione, qui meretriciâ veſtę indutas matronas ſtupraverit, vix eſt, ut lege Iuliâ teneatur,

n[illegible]tur, quoniam hac mente & cogitatione non fuit, ut ſtuprum vel adulterium faceret. Et longè hic error à dolo & ſcientiâ abeſt. His conſequens eſt & illud, ut adulterium non committat, quisquis exiſtimat ſibi rem eſſe cum non nuptâ. Proſp. Farin. *d. c. 141. lit. 19. n. 97.* Bajard. *ad Clar. §. adulterium n. 32.* Quomodo & hoc rectè inde infero, uxorem, quæ credit maritum eſſe mortuum, excuſationem mereri, quâ de re latè & accuratè tractat Farin. *in d. l 2. q. 140. p. 2. n. 42.* (l) Illud enim in hoc delicto, ut & in cæteris omnibus illicitis fornicationibus, agitur, hoc ſpectatur, ut libidini ſatisfiat. (m) Weſ. *in par. ff. h. t. n. 3.* Paulò aliter Papin. noſter *in l. 6. §. 1. ff. h. t.* ſentit, qui ab effectu illius formæ videlicet à partu ab altero concepto illud derivat, Goedd. *ad l. 101. d. V. S. n. 7.*

II.

Hoc delictum perpetrant omnes cujuſcunque ſexus & conditionis, (*a*) puberes tamen (*b*) nec quo ad mares diſtinguo cælibem agant vitam, an maritati ſint, (*c*) in fœminis verò aliter ſe res habet. Namque, cum, ut ex dictis conſtat, adulterium ſit thori alieni violatio, apparet, non niſi in nuptam adulterium commmitti, (*d*) illud parùm refert, juſta ſit uxor an injuſta (*e*) nec relevat ab hoc crimine, quod nupta pudicitiam proſtituit (*f*) Nunquid verò & in ſponſam hoc crimen committitur, item concubinam? Prius ut affirmem (*g*) poſterius verò negem, rationibus moveor non contemnendis. (*h*).

(a) Vincent. de Franc. *deciſ. 240. n. 50* Proſp. Farin. *in d. tr. q. 98. n. 133. & q. 41.* Beuſt. *in tr. de matrim. c. 19.* (b) *l. ſi uxor. 13. §. ſi minor. ff. h. t. l. 36. l. 38. ff. eod.* Nec poſſunt minores ſperare, fore, ut in integrũ reſtituantur. Pro regulâ enim traditum eſt, minoribus in delictis haud ſubveniri. *tot. tit. C. ſi adverſus delictum.* Et non eſt ętatis excuſatio adverſus præcepta legum ei, qui, dum leges invocat, contra eas committit. Et in ſpecie nullam adulterii pœnæ deprecationem eſſe ſcribit Triphoninus *in l. 37. ff. de minor.* (c) Non enim agentis perſonam, ſed patientis, ſemenque adulterinum concipientis ac confundentis cum maritali intuemur. Gujac. *in par. C. h. t.* Baſil, Moñer. *de matrim. c. 5.* Heig. *c. 2. q. 29. n. 9.* Boſſ. *in tit.*

in tit. de coit. damn. n. 23. Paul. Chirland. *de pœnis coitus. l. 3. q. 6.* Heig. *ad* §. 4. *J. de publ. jud.* Notat tamen Weſemb. *in par. ff. h. t. n. 8.* quod juvenes ſoluti, ſi cum conjugatis rem habeant, apud Saxones ferè mitius puniãtur, vel relegatione vel fuſtigatione. (d) *d. l. 6. §. 1. l. 34. §. 1. ff. h.* Maſc. *de probat. lib. 1. concl. 88. n. 9.* Proſp. Farin. *d q. 141. n. 16.* Heig. *p. 2. q. 29. n. 6. 7.* Unde apparet, me pedibus in eorum ſententiam ire, qui aſſerunt, maritum cum ſolutâ de jure civili Iuſt. adulterium non committere, *arg. d. l. 6. §. 1. l. 34. §. 1. ff. eod. l* 101. *ubi eleganter* Goedd. *d. V. S.* Vult. *I. R. c. 48. n. 44* Beuſt. *in tr. de matrim p. 2. c. 17. & c. 23.* Treutl. *in com. ff. h. t.* Boſſ. *in tit. de coit: damn. n. 23. & ſeqq.* Decian. *in tr. crim lib. 6. c. 23. n* 14. Harpr. *num. 6.* Mynſ. *n. 2.* Heig. *n. 4.* Hotom. Weſemb. *ad §. 4. I. d. publ. jud.* Nicol. Everh. Iun. *conſ. 37. vol. 1. §. conſ. 49.* Randyb. *p. 1. q. 47. n. 17.* Clar. *ad* §. *adulterium. n. 2,* Zang. *de quæſt. & teſt. c. 2. n.* 123. Palæot. *de ſpur. c. 42.* Duar. *ff. hic. c. 2.* Cujac. *6. obſ. 6.* Covarr. *de ſponſ. p. 2. c.* 8. §. *5. n. 5.* Rol. à Vall. *conſ. 74. lib. 1. n. 12.* Idque in tantum verum eſſe creditur, ut nec aliud obtineat, ſi fortè maritus credat eſſe conjugatam, cum quâ conſueſcit. Farin. *d. q 141. t. 16. n. 74.* Nec caret hæc ſententia juris ratione. Omnes enim vident hîc nullam ſubeſſe thori violationem. Nunquid enim violat thorum illius, qui cum rem veneream exercet? nihil minus cum ſit ſoluta, neque dici poteſt uxoris ſuę thorum eſſe violatum, cum thorum proprium nullum habeat, & quod eſt conſequens, violari non poſſit: Non Entis ſiquidem nullæ ſunt qualitates, nullæ actiones, ut Philoſophi loquuntur. Et ſanè cum pœna adulteriis hac de cauſa præcipuè ſit præſtituta, ne per hæc confunderentur familiæ, redderenturque incerta cõſtuprati lecti ſoboles, ac innocentes mariti ſæpè inimiciſſimorum filios pro ſuis alere atque agnoſcere cogerentur; Hęc verò ratio in innuptis ceſſat, mirum non eſt, adulterium in ijs non committi. Diſſ. Menoch. *2. arbit. jud. quæſt. cas. 420 n. 107.* Niell. *diſp. 35. th. 14.* Placa *epit. delict. 41. n. 35.* Petr. Mart. *ſup. 2. Sam. 11.* Baſil. Monn. *in tr. de matrim. c. 5.* Petr. Greg. *in ſynt. jur. lib. 36. c. 6. n. 44.* Menoch. *conſ. 249. n. 3.* Quorum opinio facit, ut opiner, tribus modis adulterium in largiori ſignificatione committi. 1. Reſpectu utriusque ſc. cognoſcentis & cognitæ, ut cum uterque conjugatus eſt. Saxones vocant die Oberhurerey. *ut eſt gl. ad* Landrecht. *lib 2. art. 13. in verbis*, Und die in Oberhurerey begriffen werden. 2. Reſpectu cognoſcentis tantùm, ut cum ſolutus cum conjugatâ ſe carnaliter commiſcet. Non tamen diffiteor, marito, ſi cum ſolutâ rem habeat, pœnam ſtupri eſſe timendam.

Heig.

Heig.Boſſ.*d.l.*Proſp.Farin.*in d.tr.q.141.tit.16.n.* 80. Chirl, *de pœnis coit. q.6, n.* 14. Decian; *in d.tr. lib.6.t.23.n.*14. Weſemb.*in par.ff.h.t.n.8*,niſi viles ſint perſonæ. Quo caſu ne ſtuprum quidem ab eo committitur. Si rectè ſentiunt Weſ.Palæot.& alii *d.l*, Diſſ. Menoch. *alleg. l.* Cæterum jure Canonico, cui etiam ſuffragari videtur die peinliche Halßgerichts Ordnung Carol V.art. 12c. in caſu propoſito, maritum adulterii fieri reum non paucis perſuaſum eſt *per c.nemo & c.dicat 32.q.4.c. tranſmiſſa. de eo qui conſangu.ux. ſuâ.*Proſp.Farin.*d.t n.*81.Decian.*d. c*, 81 *n.* 14. Sed nec cum his facere poſſum. Etenim benè largior, canones adulterium paſſim appellare. Sed animadvertendum eſt, hoc tantum eò ſpectare, ut ſignificetur, uxori æquè atque marito ob maris ſtuprum divertere licere, & maritum accuſare: longius veró progredi, religio nobis eſſe debet, & exiſtimare, eo jure utrumq; delictum eſſe exæquatum, & parem pœnam crimini adeò diſpari præſtitutam. Deinde ſanxit quidem *in d. art.*120.*D.Carol.V.* ut perinde uxori atque viro ad accuſationem via pateret. Inde verò, ſi quis colligere vellet, hæc crimina Carolinâ conſtitutione eſſe exæquata eorum differentiam, quo ad pœnarum diverſitatem eſſe ſublatam, meo judicio non leviter erraret. Ex hoc fundamento & illud rectè infertur, maritum, qui cum aliâ muliere ſolutâ nuptias contrahit, vivente adhuc priore uxore ac conjuge, adulterii reum non fieri. Augel. *in d. tr. de maleſ. in verb. Cheio hai adulterato la mia dona. n.* 65. Weſ.*in par.h.t.n.*8. Nec credo aliud conſtitutione criminali *art.* 121. eſſe inductum. Quamvis enim non ſemel appelletur. Ein Ehebruch. Sciendum tamen eſt, ſi propriè & partitè loqui velimus, differre Ehebruch & adulterium. Hoc enim in propriâ ſignificatione ſtrictius eſt, illud latius. Nam quando maritus ad ſolutam accedit, adulterium ille quidem non perpetrat, cum nullus ſit hic acceſſus ad thorum alterius, nec hac ratione partus adulteretur, h.e. alienus alteri ſubjiciatur, *d l.6 ff.h.t* Eſt tamen & rectè dicitur ein Ehebruch / utpote quod vocabulum ad omnes omninò pertinet, qui matrimonium ſeu fidem matrimonialem violant, ſive id fiat adulterio ſive ſtupro. Illud equidem inficias ire non poſſum, ex Jure Carolino duas uxores eodem tempore ducentem pœna adulterij plecti, vide die P.H.G. Ordnung Carol.V.*art.121.ibi.* Und obwol die Kayſerliche Rechte. Weſ. *in par.n.*8. Dn. Joh.Borch.*ad §. affinitatis J. de nupt. vid.infr.th.ult.* (e) *l.*13.*§.1.h.t.* Nam & S.Cæcilius ait: Lex Julia ad omnia matrimonia pertinet, & ut D.Severus & Antoninus reſcripſerunt,

 neque

in tit. de coit. damn. n. 23. Paul. Chirland. *de pœnis coitus. l. 3. q. 6.* Heig. *ad* §. 4. *J. de publ. jud.* Notat tamen Weſemb. *in par. ff. h. t. n. 8.* quod juvenes ſoluti, ſi cum conjugatis rem habeant, apud Saxones ferè mitius puniătur, vel relegatione vel fuſtigatione. (d) *d. l. 6. §. 1. l. 34.* §. 1. *ff. h.* Maſc. *de probat. lib. 1. concl.* 88. *n. 9.* Proſp. Farin. *d q.* 141. *n. 16.* Heig. *p. 2. q. 29. n. 6. 7.* Unde apparet, me pedibus in eorum ſententiam ire, qui aſſerunt, maritum cum ſolutâ de jure civili Inſt. adulterium non committere, *arg. d. l. 6. §. 1. l. 34.* §. 1. *ff. eod. l* 101. *ubi eleganter* Goedd. *d. V. S.* Vult. *I. R. c. 48. n.* 44 Beuſt. *in tr. de matrim p. 2. c. 17. & c. 23.* Treutl. *in com. ff. h. t.* Boſſ. *in tit. de coit: damn. n. 23. & ſeqq.* Decian. *in tr. crim. lib. 6. c. 23. n* 14. Harpr. *num. 6.* Mynſ. *n. 2.* Heig. *n. 4.* Hotom. Weſemb. *ad* §. 4. *I. d. publ. jud.* Nicol. Everh. Iun. *conſ. 37. vol. 1.* § *conſ. 49.* Rauch *b. p. 1. q. 47. n. 17.* Clar. *ad* §. *adulterium. n. 2.* Zang. *de quæſt. & teſt. c. 2. n.* 123. Palæot. *de ſpur. c.* 42. Duar. *ff. hic. c. 2.* Cujac. *6. obſ. 6.* Covarr. *de ſponſ. p. 2. c.* 8. §. *5. n. 5.* Rol. à Vall. *conſ. 74. lib. 1. n. 12.* Idque in tantum verum eſſe creditur, ut nec aliud obtineat, ſi fortè maritus credat eſſe conjugatam, cum quâ conſueſcit. Farin. *d. q 141. t. 16. n. 74.* Nec caret hæc ſententia juris ratione. Omnes enim vident hîc nullam ſubeſſe thori violationem. Nunquid enim violat thorum illius, qui cum rem veneream exercet? nihil minus cum ſit ſoluta, neque dici poteſt uxoris ſuę thorum eſſe violatum, cum thorum proprium nullum habeat, & quod eſt conſequens, violari non poſſit: Non Entis ſiquidem nullæ ſunt qualitates, nullæ actiones, ut Philoſophi loquuntur. Et ſanè cum pœna adulteriis hac de cauſa præcipuè ſit præſtituta, ne per hæc confunderentur familiæ, redderenturque incerta cōſtuprati lecti ſoboles, ac innocentes mariti ſæpè inimiciſſimorum filios pro ſuis alere atque agnoſcere cogerentur; Hęc verò ratio in innuptis ceſſat, mirum non eſt, adulterium in ijs non committi. Diſſ. Menoch. *2. arbit. jud. quæſt. cas.* 423 *n.* 107. Niell. *diſp. 35. th.* 14. Placa *epit. delict. 41. n. 35.* Petr. Mart. *ſup. 2. Sam. 11.* Baſil. Monn. *in tr. de matrim. c. 5.* Petr. Greg. *in ſynt. jur. lib. 36. c. 6. n. 44.* Menoch. *conſ.* 249. *n. 3.* Quorum opinio facit, ut opiner, tribus modis adulterium in largiori ſignificatione committi. 1. Reſpectu utriusque ſc. cognoſcentis & cognitæ, ut cum uterque conjugatus eſt. Saxones vocant die Oberhurerey *ut eſt gl. ad* Landrecht. *lib 2. art. 13. in verbis.* Und die in Oberhurerey begriffen werden. 2. Reſpectu cognoſcentis tantùm, ut cùm ſolutus cum conjugatâ ſe carnaliter commiſcet. Non tamen diffiteor, marito, ſi cum ſolutâ rem habeat, pœnam ſtupri eſſe timendam.

Heig.

Heig.Boſſ.*d.l.*Proſp.Farin.*in d.tr.q.141.tit.16.n.* 80. Chirl, *de pœnis coit. q.6.n.*14. Decian. *in d.tr. lib.6.t.23.n.*14. Weſemb *in par.ff.h.t.n.8.*niſi viles ſint perſonæ. Quo caſu ne ſtuprum quidem ab eo committitur. Si rectè ſentiunt Weſ.Palæot.& alii *d.l.* Diſſ. Menoch. *alleg. l.* Cæterum jure Canonico, cui etiam ſuffragari videtur die peinliche Halßgerichts Ordnung Carol V.art. 12c. in caſu propoſito, maritum adulterii fieri reum non paucis perſuaſum eſt *per c.nemo & c.dicat 32.q.4.c. tranſmiſſa. de eo qui conſangu.ux. ſuâ.* Proſp.Farin.*d.t n.*81.Decian.*d. c.* 81 *n.* 14. Sed nec cum his facere poſſum. Etenim benè largior, canones adulterium paſſim appellare. Sed animadvertendum eſt, hoc tantum eò ſpectare, ut ſignificetur, uxori æquè atque marito ob maris ſtuprum divertere licere, & maritum accuſare: longius veró progredi, religio nobis eſſe debet, & exiſtimare, eo jure utrumq; delictum eſſe exæquatum, & parem pœnam crimini adeò diſpari præſtitutam. Deinde ſanxit quidem *in d. art.*120.*D.Carol.V.* ut perinde uxori atque viro ad accuſationem via pateret. Inde verò, ſi quis colligere vellet, hæc crimina Carolinâ conſtitutione eſſe exæquata eorum differentiam, quo ad pœnarum diverſitatem eſſe ſublatam, meo judicio non leviter erraret. Ex hoc fundamento & illud rectè infertur, maritum, qui cum aliâ muliere ſolutâ nuptias contrahit, vivente adhuc priore uxore ac conjuge, adulterii reum non fieri. Augel. *in d. tr. de maleſ. in verb. Cheio hai adulterato la mia dona. n. 65.* Weſ. *in par.h.t.n.*8. Nec credo aliud conſtitutione criminali *art. 121.* eſſe inductum. Quamvis enim non ſemel appelletur. Ein Ehebruch. Sciendum tamen eſt, ſi propriè & partitè loqui velimus, differre Ehebruch & adulterium. Hoc enim in propriâ ſignificatione ſtrictius eſt, illud latius. Nam quando maritus ad ſolutam accedit, adulterium ille quidem non perpetrat, cum nullus ſit hic acceſſus ad thorum alterius, nec hac ratione partus adulteretur, h.e. alienus alteri ſubjiciatur, *d l.6 ff.h.t* Eſt tamen & rectè dicitur ein Ehebruch / utpote quod vocabulum ad omnes omninò pertinet, qui matrimonium ſeu fidem matrimonialem violant, ſive id fiat adulterio ſive ſtupro. Illud equidem inficias ire non poſſum, ex Jure Carolino duas uxores eodem tempore ducentem pœna adulterij plecti, vide die P.H.G. Ordnung Carol.V.*art.121.ibi.* Und obwol die Kayſerliche Rechte. Weſ. *in par.n.*8. Dn. Joh.Borch.*ad §. affinitatis J. de nupt. vid.infr.th.ult.* (c) *l.13.§.1.h.t.* Nam & S.Cæcilius ait; Lex Julia ad omnia matrimonia pertinet, & ut D.Severus & Antonin⁹ reſcripſerunt,

neque

neqūe qualecūnq, matrimonium violare permittitur. Injuſtam porrò uxorem, quam h.l. intelligere debeamus, videre eſt apud Weſ. *in par. ff. h.t.n.5.* Barn. Briſſ. *de adulter. c.6.* Duar. *h.t.c.2.* (f) *d.l.3. §.2. ubi lib. 1. Inſt. eleganter* Ulpian. in hæc verba ſcribit: Sed & in eâ uxore poteſt maritus adulterium vindicare, quæ vulgaris fuerit (h.e. quæ vulgò ſui copiam fecerit, quomodo & vulgarem mulierem Suet. *in Vit. dixit lib* 2. Covar. *de ſponſal. p.2.c.7.§.6.n.11.* Diſſ. Men. *d.l. caſu 71.* Budæ. *in d.l.* 13. §. 2. Alciat. *2. parerg. 40.*) Nec enim impudica vita uxoris injuriam maritali thoro factam lenit, ſed exaſperat magis atq; aggravat, Weſ. *in par ff. h.t.* Et niſi ita diceremus, ſequeretur inde, quod mulier publica adultera, & magis liberè ac luxurioſè vivens minus puniretur, atq; illa, quæ non publicè omnibus ſui præberet copiam, quo quid abſurdius? Hæc quamvis quoad meretricem ſint veriſſima: ego tamen opinarer, his, quibus cum talibus perſonis res eſſet, non ordinariam, ſed aliam, eamq; mitiorem pœnam dictari debere. Nam ut eleganter Weſ. *in par. ff. h.t.n. 6.* docet: Violaſſe thorum alienum non videri, ubi nullus eſt thori pudor vel reſpectus, ſed promiſcua & vulgaris connivente interdum marito turpitudo. Unde cōſpirantibus votis Scabini Lipſienſes & Wittebergenſes jam olim pronunciarunt, eum, qui cū nuptâ meretricio more vivente concubuiſſet, non adulterii pœnâ ordinariâ, ſed mitiori plecti debere, puta, fuſtigatione vel relegatione, auctâ tamen ex perſonâ patientis ad aliquem modū pœnâ, vid. Beuſt. *de matrim. c.19.* Moll. *2. ſemeſt. 36.* Heig. *p.2.q.29.n.26. & ſeqq.* Cujac. *in par. C.h.t.* Proſp. Far. *in d. tr. q.141. tit. 16.* Goed. *ad l.46.d. V.S.n.5.* Et ita de conſuetudine ſervari notat Angel. *in l. ſi ea. C h.t. &* Carrer. *in pract. tr. 3. de homicid. & aſſaſſin. in §. adulterium. n.3.* Diſſ. diverſimodè Clar. *in d. §. adulterium. n.3.* Vand. *2. q.21.* Pac. *cent. 7. q.63.* & alii nonnulli, quos recitat Farin. *d.l.* Quod ſi tamen dixeris, ipſam meretricem ordinariæ pœnæ ſubjacere, non à vero aberraveris, Et hæc communis eſt Dd. ſententia *per l. 13. § ſed & ff. h t.* Boſſ. *in pract. tit. de coit. damn. n.2. & ſeqq.* Guil. *in tr. de pœnis coit. l.3.c.10.n.12.* (g) Ita enim D. Severus, (malè vulgo verus, ut ex alio loco apparet. Vid. *l.13.§ ſi minor ff. h.t. legitur*) & Antonius *in d.l. ſi uxor. §. Divus.* reſcripſerunt: Etiam in ſponsâ hoc crimen vindicandum, quia nec matrimonium qualecunque, neq; ſpem matrimonii violare permittitur. Quam legem miror Covar. *in epit. lib. 4. decret. p.1.c.1.n.8.* Ant. Guibert. *de dot. c.3.n.17.* & Clar. *in d. §. adulteriū*, explicare ita potuiſſe, non tractare ibi JCtum de adulterio ſed gravi in-

juria

juria vindicandâ. Malè. Namque ibi agi de adulterino coitu vindicando, & verba legis ſubjectaque materia demonſtrant, tum verò dilucidè demonſtrari poteſt ex antecedentibus & cõſequentibus, & ſcopo JCti. Quamvis autem ſponſa, ut hoc concedam, reverâ quidem uxor non ſit, nec propriè ita dicatur. Dn. Borch. Weſemb. & Interpretes ordinariè *ad § 9. I. de nupt. l. 12. §. 2. & ſeqq. ff. de rit. nupt.* Unde in uſu Juris mariti appellatione ſponſus non continetur nec nuptæ verbo ſponſa. *l. 38. in pr. l. 45 ff. d. tit. l. 1. §. 1. ff. pro dot. l. 2. ff. de ſponſal. l. pen. §. Julianus. ff. quod falſ. tut. aut. l. 24. C. de nupt.* Quod pluribus confirmat Tiraquell. *d. ll. connub. gl 2. n. 18.* Cujac ad Modeſt. *diff. lib.* 4. Rol. à Vall. *in tr. de lucro dotis. q. 12. n. 1 & ſeqq.* Attamen ex ſententiâ legum, quoad plerosq; effectus pro uxore habetur, & impropriè uxor appellatur. *l. 3. & 4. ff. ad l. Pompejam, de parricid. l. 6. §. fin. l. 8. ff. de grad. b.* Et novum non eſt in jure noſtro, ut in ſponſa locum habeat id, quod de uxore conſtitutum legimus, & ut ſpõſus mariti jure utatur. *l. 74. ff de jur. dot. l. lex Julia ff. de fund. dot. l. 15. §. ſponſum 19. de injur. l. 5. C. de bonis, quæ lib.* Ut mirum non ſit, violationem ſponſę nos tanquam adulterium inſtitutâ accuſatione vindicare ac perſequi poſſe. Cujus etiam reſpectu adulterium nominatur *in d. l. 13. §. 3. ff. h. t.* Barn. Briſſ. *lib. ſing. ad l. Jul. de adult.* Weſ. *in par. ff. h. t. n. 7. Diſſ gl. Bart. & Dd. ad d. l. 13 §. 3. h. t.* Clar. *in d § adult. n. 102.* Covar. *de ſponſal. p. 1. c 1. n.* 7. Lancel. *in tr. de offic. prat. in cauſ. crimin. tit. de adult. n. 21. ampl. 3.* Cui verò pœnæ ſubjaceat, ſponſæ vitium afferens, pete *ex th. 5.* (h) *l. 13. in pr. junct §. 4. J. de publ. jud.* Non enim uti matrimonia & ſponſalia concubinatus legitimus eſt, nec vinculum juris, ut nec thorum continet, & conſequenter, nec ut adulterium vindicare poteſt. Sanè eo caſu, quo concubina matronæ nomen continet, accuſari illa à concubinario quidem poteſt, non tamen jure mariti, ſed jure extranei. *d. l. 13. in pr. ff. h. t. junct. l. 1. ff. de concubin.* Farin. *in d. tr. q 141. tit. 16. n. 64.* Boſſ. *in tit. de coit. damnat. n. 22.* Chirl. *de pœn. coit. q. 6. n. 17.*

III.

His ita cognitis videamus, qui in hoc crimine accuſare, accuſarive poſſint. Et, cum hoc delictum ſit publicum, apparet in eo ad accuſandum cuivis proſilire licere, (*a*) Maritus tamen hac prærogativâ gaudet, ut intra dies 60. utiles, (*b*) â die divortii, (*c*) numerandos, omnibus, etiam

patri (*d*) præferatur. (*e*) Eo verò ceſſante, pater uxoris, jure patris (*f*) accuſare poteſt, cæteriſque exiſtit potior (*g*) modò ad ſimilitudinem mariti intra 60. dies (*h*) accuſationem proponat. His verò elapſis jure extranei (*i*) intra quatuor menſes utiles, (*k*) à die divortii admittuntur. (*l*) Accuſari verò poſſunt omnes quâcunque tandem dignitate prædici (*m*) etiam ſervi, non tamen rectè accuſatur maritus ab uxore. (*n*) Illud porrò probè notandum, adulterum & adulteram eodem tempore ex eadem cauſâ ab eodem reos fieri non poſſe (*o*) ſed teneri accuſatorem ab adultero incipere. (*p*).

(a) *§. 1 junct. §. 3. I. d. publ. jud. l. 2. §. 7 l. 4. §. 1. l. 26. §. 1. ff. h. t. l. 6. C. eod.* Weſenb. *in par. ff. h. t. n. 11.* niſi lege Juliâ in ſpecie prohibeantur accuſare, ut minor 25. annis, *l. ſi maritus §. lex Julia ff. h. t.* Nec enim juſtus accuſator viſus eſt, qui nec dum robuſtæ eſſet ętatis. Hinc quæſitum memini, utrum hoc in h. l. ſingulare ſit? Et ſingulare eſſe dixerim. A cæterorum enim criminum accuſationibus minimè repelluntur minores, *l. qui cum. §* 1. *ff. de bon. libert.* Unde Metian. in iis, qui propter ætatem accuſare non poſſunt, pupillum tantum numerat, h. e. impuberem Proſp. Far. *in d. tr. p. 1. lib. 1. tit. 2. q.* 11. *n.* 15. *& ſeqq.* Weſ. *in par. ff. de accuſat.* Duar. *hic. c. 6.* Illud tamen benè judex ob oculos habebit, ut, ſi plures exiſtant, qui accuſare velint, eligat eum, qui accuſat cauſâ cognitâ æſtimatis accuſatorum perſonis ex dignitate, vel ex eo, quod accuſatorum intereſt, vel ætate, vel moribus, vel aliâ juſtâ de cauſâ, *l. ſi plures. ff. de accuſat.* Et hoc in ſpecie lex Julia in hunc modum cavet: Qui poſt maritum & patrem accuſare poſſunt, ſi ad accuſandum plures proſilirent, is, cujus eâ de re notio eſt, de juſto accuſatore conſtituito. Præferuntur verò primùm, qui adulteram conſanguinitate vel affinitate contingunt, & inter extraneos, qui magis idonei erunt, quique fide, dignitate, diligentiâ & conſilio præſtabunt. Eſt autem accuſatio hæc intra quinquennium proponenda *l. 29. §. 1. h. t. l. 31. eod. l. 5. C. eod. tit.* Omnis enim quæſtio ex l. Jul. de adulț. (niſi ſtuprata experiatur ad dotem conſequendam, vel agatur ad divortium, vel ſi delictum conjunctum ſit cum inceſtu & violentiâ quâdam *d. l. 29. §. fin. & l. 39. §. 5.* Modeſt. Piſtor. *p. 3. q. 127.* quomodo ſi

adulte-

adulteriũ in vim exceptionis ſeu exceptivè objiciatur, puta, mulieri dotem reperenti, prẹſcriptio quinquennii locum non habet. Scip. Gent. *in tr. de ſecũd. nupt. c.6.*) ſtupro, lenocinio, quinquennio prẹſcribitur, *l. mariti §. præterea, cum § ſeqq. ff. h.t. l.5. ubi Dd. C. eod.* Verba legis Jul. hæc recitat Briſſonius: Adulterum, adulteramvé poſt quinquennium continuum, quam conceſſum eſſe dicetur, accuſare ne liceto eaque præſcriptio adultero adulteræve utilis eſto. Quinquennium autem ex eo die accipiendum eſt, quo quid admiſſum eſſe dicitur, & ad eum diem, quo quis poſtulatur, nõ ad eum diem, quo judicium de adulteriis exercetur. *d.l. 29. § quinquennium ff. h. t.* Et quamquam continuò quinquennium numeretur, ſi tamen propter mulierem, quæ prior rea facta fuerit, adulter eo tempore reus fieri non potuerit, & diu tractâ lite quinquennium tranſierit, vel is, qui intra quinquennium accuſationem intulerat, ream non peregerit, vel prævaricatus ſit, & alius eundem repetere velit, computationi quinquennii eximetur id tempus, quod per poſtulationem præcedentem conſumtum eſt, *d.l.29 §. quinquennium. ff. h.t.* Weſ. *in par. ff. h.t. n.18. l.5. C. eod. l.1. § 10. ff. ad Sc. Turpil.* Cujac. *in par. C.6.* Goed. *in l. 31. ff. d.V.S.* Scip. Gent. *in tr. de ſecund. nupt. c.6.* Jure hodierno Saxonum præſcriptio quinquennii non attenditur. Hic reſtat, ut quæramus, utrũ per Conſtantini conſtitutionem, quæ eſt *in l.30 C.h.* extranei omnimodò ab accuſando excluſi ſint? Id quod affirmant Duar. *ad h. tit. c.6.* Cujac. *in par. C.h.* Clar. *in d. §. adulter. n.4.* Barn. Briſſ. *d. l.* ſed rectius, ni fallor, contrarium docuerunt Bart. & Salic. *in d.l.30. C.h. t.* Damhoud. *d.c. 89. n.49.* Weſ. *in pr. h. n.18.* Eſt autem accuſatio in hunc modum inſtituenda: Accuſator tenetur in crimen ſubſcribere, *l.35 ff. h. l.3. in pr. & §.1. ff. de accuſat.* accuſationem in præſentem reum dirigere, non in abſentem, *l.15. § 1. d.t. l.15. C. eod. l.6. C. de accuſat.* niſi contra eum inchoatum fuerit crimen, priuſquam provinciam exceſſerit, *l.13. C.h. l.10. ff. de publ. jud.* Nec poteſt accuſator in judicio per procuratorem comparere. *d.l.13. §.1. ff. de accuſat l.14. C. eod. l.10 ff. de publ. jud.* Hodiè tamen aliter eſt conſtitutum. Vid. Clar. *5. ſent. 12. n 17. §. fin.* Gail. 1. *de P.P. 10. n. 2.* Chil. König *in proceſſ. c.47.* P.H.G.O. *art. 12 ibi.* Sol der Kläger oder ſein Gewalthaber. Ecquid verò in hoc delicto per viam inquiſitionis procedi poteſt? Et poſſe non ambigo, licet aliud uſus obſervet. Vid. *c. pernicioſam. Ext. de offic. ordin.* Angel. *d.l. n.31.* (b) *l.6. l.21. C.h.t. l.14. ff. eod. l.37. §. ult. ff. de minor.* Utiles autem dies Imp. Alexand. *in d. l.6. C.h.* interpretatur, quibus

in publico ejus facultas fuerit, apud quem reus vel rea poſtulari poteſt. Papin. verò ſic: Dies, quibus potuit maritus accuſationis ſolennia implere *d.l.11.§ quidam ff.h.* ubi idem Papin. adjicit: 60. his diebus feriatos quoq; dies, ſi modò facultatem Præſidis adeundi accuſator habuerit, numerari, quoniam de plano libellus dari poteſt. Quod ut intelligatur, tenendum eſt, accuſaturos libellos à ſe ſubſcriptos offerre ei, cujus eâ de re notio erat, ſolitos fuiſſe *l. libell. ff. de accuſat. l. denunciaſſe. ff. h.* quibus nomen rei deferebatur, & crimen, ut erat admiſſum, indicabant: quod etiam in tranſitu, & procedente prætore fieri potuit. Illud verò non exigimus, ut Præſes ſederit, ſat enim erat, ſi ſui copiam feciſſet ad hoc, ut accuſator accuſare poſſet. (c) Ex eo enim tempore cedere marito hi dies incipiunt *l. 29. §. ſex menſium & § præterea. ff. h. l. 13. §. pen. eod.* (d) Nam & propenſiore jure & majori dolore executurum eum accuſationem credendum eſt, in tantum, ut etiam ſi pater prævenerit & libellos inſcriptionum depoſuerit, marito non negligente nec retardante, ſed accuſationum parante, & probationibus inſtante atq; imminente, ut facilius judicantibus de adulterio probetur, idem ſit dicendum *l. 2. §. ubi ff. h.* Niſi igitur, ait Ulp. *in l. 3. h.* pater maritum infamem aut arguat, aut doceat, colludere magis cum uxore quam ex animo accuſare, poſtponetur marito. Ubi nemo non quæſiturus eſt, utrum infamia maritum ab accuſatione adulterii repellat, quod vix eſt, ut dici poſſit. Novimus enim exequentes ſuam ſuorumve injuriam infames audiri, *l. qui accuſare. ff. h. l. hi tamen. ff. de accuſat.* Et generaliter, qui aliâs idonei accuſatores non ſunt, in iis cauſis ad accuſandum admittũtur. *l. 1. l. 2. & ſeq. d. t.* Nec, ut opinor, hoc ſentit Ulp. maritum omninò ab accuſatione adulterii ob infamiam exulare debere, verùm patri poſtponi, quæ diverſa ſunt. Famoſus igitur maritus v. g. leno vel hiſtrio, aut aliâ maculâ notatus jure mariti accuſare volens à patre ſum̃ovebitur. *(e) l. 2. l. 4. l. 11. §. 6. l. 14. §. 2. l. 29. l. 30 ff. h. l. 6. C. eod.* Cujus autem ætatis vel conditionis ſit maritus, parum refert. Nec n. filiusfam. maritus ab eo, qui ſui juris eſt, in l. Juliâ ſeparatur. *l. 6. § pen. ff h. t.* Proinde ſine voluntate patris, atq; adeò invito ac repugnante eo filius hac lege accuſare poteſt. Ipſius n. injuria eſt, & hoc conſtitutum eſſe Papin. ſcribit *in l. filiumfam. ff. h.* Conſtitutum verò ab Hadriano *l. 6. §. pen. h.* Sed nec quod minor vigintiquinq; annis ſit maritus, eo minus ad accuſationem admittitur, cum non debeat obtentu ætatis repelli, qui matrimonium vindicat, *l. 15. §. lex Julia ff. h. t.* Habet autem maritus intra hos

dies

dies hæc præcipua, ut non tantùm præferatur omnibus, ſed etiam ſine metu calumniæ, (quod tamen hodiè ſecus videri poteſt. *Auth. ſed novo jure C.h. nov. 107. c. 9.*) accuſare poſſit, *l. jure mariti. C. h. l. auxilium. ff. de minor.* Planè ſi jure extranei poſt 60. dies accuſationem inſtituat, calumniatorum pœnæ ſubjacet: quæ tamen nec hoc caſu marito facilè irrogabitur, ſi juvenili facilitate ductus, vel etiam fervore ætatis accenſus ad accuſandum deſcenderit *l. 15. §. lex Jul. ff. h. t.* Pręterea marito ſingulari jure hoc conceditur, ut ex ſolâ ſuſpicione ream uxorem facere poſſit, utq; in ſcriptionis vinculo, (quod idē hodiè correctum creditur *d. nov. 107. c. 9.*) accuſans non teneatur, *l. quamvis. C. h. t.* quod cæteros omnes accuſatores ſimilitudine ſupplicii obſtringit. Weſ. *in par. ff. h. n.* 17. Ant. Fab. *in Ration. ad l. 17. de minor.* Ex his nullo negotio conſtare poteſt, quid ſit jure mariti accuſare, cui opponi ſolet, jure extranei vel publico jure accuſare, h. e. jure communi, & ut quilibet de populo, inſpice *l. 2 §. 1. l. 13. 14. §. ult. ff. h. l. 13. §. ſed ſi ea ff. eod. l. quæſitum ff. h.* Cæterum quæ præſcriptiones marito obſtent, quo minus ad accuſandum proſilire poſſit? Et JCti docent *l. quæſitū. §. ult. ff. h. l. ſi uxor. §. ult. l. ſi maritus. ff. eod. l. 2. ff. ad Sc. Turpil.* Et pluribꝰ perſequuntur Damh. *d. c. 89. n. 45.* Clar. *d. l. n. 18.* Decian. *lib. 3. c. 33.* Bez. *in tr. de divort. pag. 183.* Beuſth. *de matrim. c. 23.* Inter quas tamen nonnullas reperies, quæ difficultate non carent. (f) h. e. jure privilegiario, quemodo maritum jure mariti accuſare diximus. Pater n. in accuſatione filiæ cum marito ęquale jus habet, niſi, quod ſi ſimul ad accuſationem perveniant, marito in jure prælationis inferior exiſtit. *l. ſi cujus & l. maritus ff. h. l. 2. C. de calumniis.* Unde dubitatum fuit, quid ſit, quod Paulꝰ ſcripſit, Patrem ſine periculo calumniæ accuſare nō poſſe. *l. pater 30. ff. h. t.* Sed rectè Accurſius noſter, quem Weſ *in par. h.* ſequitur, animadvertit, hoc eo demùm caſu verū eſſe, quo tam evidens patris calumnia eſt, ut excuſationē non habeat, ut ſi quæſito violati thori colore ad accuſandū vexandi rei causâ malove animo proſiliat Diſ. Duar. *c. 7. h.* Treutl. *p. 2. diſp. 32. th. 2. lit. I.* Cuiac. *de præſcript. c. 13. n. 1.* (g) *d. l. ſi maritus 14. in pr. & §. 1. d. l. miles 11. §. 6. l. 15. cujus ope. l. 14. §. pen. l ſeq. in pr. & § 5. l. 29. §. 5. ff. h. l. 32. ff eod.* Cæterū pater in nuptę tantum filię accuſatione præcipuum jus habet, in viduæ accuſatione extraneo nō præfertur. *l. nec in eâ lege §. 1. ff. h. t.* ſed & eum demū patrem privilegiario jure accuſare poſſe, ſciendū eſt, qui in poteſtate habeat. *l. 15. cujo. §. pen. ff. h. Diſſ.* Goth. *ibid.* (h) p *d. text.* Illud hic animadvertere debemꝰ, patri tēpora nō cedere, ſi marit. integrę famæ patre prævento accuſare inſtituerit, ita tamen, ut, q; antequā maritus

ritus prævenisset, temporis effluxerit, & ipſi marito, & patri, qui nihil cum patrem impedierit, cedat: At, poſtquam maritus occupaverit, reſidua tempora, quæ 60. diebus deſint, patri non cedent, qui accuſationem perferre non poſſit. *l.4. ff. h.* Tralatitium enim apud Doctores eſt, adverſus eos, qui agere nec ſi velint, poſſint, ex morâ præſcriptiones temporum, quæ agentibus objiciuntur, non induci. Quæ cum ex negligentiâ non agentis locum habeant, in eorum perſonâ ceſſant, quibus negligentia imputari nulla poteſt. *l. contra. C. de inoffic. teſt.* (i) Habent extranei 4. utiles menſes, qui eis poſt 60. dies, (ultra enim eos patris maritique voluntatem expectare neceſſe non habent. *l. 13. §. pen. ff. h.*) cedere incipiunt. Unde liquet, utroque tempore & 60. dierum & 4. menſium conjuncto, mulierem intra 6. duntaxat menſes à tempore divortii accuſari poſſe. In viduâ verò hoc tempus à tempore delicti commiſſi computamus. *l. mariti. 29 §. ſex menſium. ff. h. l. 29. §. 5 ff. eod.* Cæterum quod dixi, tempus ſex menſium à die divortii eſſe computandum, ita accipe, niſi quinquennium à tempore delicti commiſſi præterierit, ne crimen quinquennio ſuppitum excitetur. *d. l. 11. §. 4. ff. h.* Weſ. *in par. ff. eod. n. 18.* (k) *d. l. 11 §. 6. h. l. 6 C. eod* Barn Briſſ. *d. l.* Weſ. *in par. h. n.* 17. (l) *l. 8. §. ult ff. h. l 5 ff. de accuſat.* Magiſtratus tamen, quandiu in magiſtratu poteſtateve eſt, accuſari non poteſt, ſed differtur ejus accuſatio, & cautio judicio ſiſtendi causâ promittitur. *l ſi adult. in fin. ff. d. t.* (m) Hoc enim c. 9. Legis Iul. continebatur *l. ſi poſtulaverit. §. ult. ff. h. t.* Et in univerſum ſervi publicorum judiciorum etiam rei fiunt, quorum modo pœna in eos cadat. *l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſat.* (n) *l. 1. C. h. t.* Et quanquam in cæteris cauſis mulierib⁹ publico judicio reos facere concedatur, ſi ſuā ſuorūq; injuriam perſequantur. *l. 1. & 2. ff. de accuſat. l. uxor. C. qui accuſ. poſ. l 3. §. ſed ſi. ff. de lib. homin. exhib.* tamen adulterii eis agere, nec ſi matrimonium ſuum violatum dicant permittitur. Et ita Sever. & Anton. reſcripſerunt. Injuriarum tamen propter violatum matrimonium aut ad ſeparationem thori uxor rectè agit. *l. 8. C. de repud.* Et not. Dd. *in c. 1. extr. h. t.* Quanquam hodiè ex conſtit. crimin. & jure Canon. mulier accuſare maritum adulterii nomine poſſit. P. H. G. O. Carol. V. art. 120. Weſ. *in par. ff. h. n. 12.* (o) *l. 8 C. h.* ſed utrumq; ordine peragi neceſſe eſt. Unde nec ab extraneo, nec à marito eodem libello (qui in hunc fermè modū in hoc crimine concipiendus erat, ut die & Conſule præpoſito ſcriberetur apud illum Prætorem vel Proconſulem: Luc: Tit: profeſſus eſt, ſe

Mæviam

Mæviam lege Juliâ ream facere, quòd dicat eam Cajus Servius in civitate illâ, illa domo, menſe illo, illis conſulibus adulterium commiſiſſe. *l. libellorum ff. de accuſat.*) poſtulari poſſunt, & qui utrumque ſimul detulerit, nihil agit, *l. vim paſſam.* §. *2. ff. h. t.* Poterit igitur, quaſi neutrum detulerit, ruſum à quo velit, initium facere, *l. ſi maritus ff. h.* (p) Si ſc. mulier ante denunciationem nupſerit, *l. ſi dum. C. hic.* Competit ergò mulieri ante denunciationem nuptæ, ſi prior poſtuletur ex l. Iul. præſcriptio. modò eâ utatur, antequam inter reos recipiatur. Nam ex lege Iul. deſcendentes præſcriptiones ante tractari ſolent, quàm inter reos quis recipiatur, *l. ſi maritus.* §. *præſcriptiones ff. h.* Quid ſi contigerit, ut adulter abſolvatur, nupta mulier per eum vincet, nec ultra à quopiam accuſari poterit. Dixi autem, ſi ante denunciationem nupſerit: namque ſi, poſtquam ei maritus vel extraneus denunciaſſet, nupſerit, aliud eſt dicendum. *l. qui uxori. ff. h.* ſed & illud ignorare non debemus, quamdiu in viduitate mulier perſeverat, quæ adulterium commiſiſſe dicetur, in accuſatoris arbitrio eſſe, utrum ab adultero, an adulterâ incipere malit *l. ſi maritus.* §. *pen. ff. h.* cum ſimilibus. Plura qui de accuſatione in hoc judicio noſſe cupit adeat Farin. *d. q. 40. tit. 16. n. 38.*

IV.

Quia verò hoc delictū probatū eſt perquam difficile, ſolet namque res occultò peragi. Hinc in tribunalibus forenſibus graviter de hujus criminis probatione diſputari ſolet. Nos arbitramur, rectè adulterium per teſtes (*a*) non item præſumptiones probari adhoc, ut judex ad condemnationem proſilire poſſit. (*b*) Subjiciunt autem leges noſtræ reos convictos pœnis variis. Et quidem jure divino lapidibus obruti occidebantur. (*c*) Jure noſtro civili adulter unà cum adulterâ capitali pœnæ ſubjugatur, (*d*) publicatis ſimul bonis, (*e*) quod & Carolina Conſtit. approbat. (*f*) Quamvis jure Saxon. paulò aliter ſit conſtitutum. (*g*) Dotem quoque mulier adultera & dotalitium (*h*) amittit (*i*) Quomodo ex diverſo maritus adulterii damnatus amittit

donationem propter nuptias unà cum dote, (*k*) ſed & matrimonium reſcinditur propter adulterium. (*l*) Denique tam exoſum hoc crimen habet legislator, ut patri (*m*) & marito adulteri interficiendi dederit poteſtatem. (*n*)

(a) non tantum extraneos, ſed etiam domeſticos, atque adeò ſocios & participes criminis, infames, etiam ſingulares *l. conſ.* §. *ex plagis. C. de repud. l. cũ paſſam.* §. *ult. ff h. l. 3. l. 32. C. eod.* Maſc. *de probat. lib. 1. concl. 89. n. 13. & concl. 1063. n. 35.* Proſp. Far. *in tr. de teſtib. q. 58. n. 43. & ſeqq. & conſ. 38.* Quod ſi igitur depoſuerint teſtes, vidiſſe ſe marem & fœminam complexu Venereo junctos, ſat hoc crimen probatum creditur, *l. quod agit. l. 23. in pr. ibi:* In ipſa turpitudine, item, in ipſis rebus Venereis *ff. h. c. præterea. c. 27 ibi* de viſu. *Ext. de teſtib. & atteſt. l. 25. & ibi gl. ff. h.* Proſp. Farin. *in d. tr. p. 4. q. 136. tit. 16. n. 35.* Gomez. *in l. Tauri 90. n 50.* Zanger. *de tortur. c. 7. n. 73. & ſeqq.* Quamvis ſecus ſit, ſi teſtes dicant, ſe conſpexiſſe mulierem jacentem cum viro, vel virum ſupra mulierem. *arg. d. l. 23. h.* Zanger. *d. l.* Proſp. Far. *d. q. 136. tit. 16.* aut quod viderint nudum cum nudâ in eodem thoro concumbentes, ſolum virum & mulierem occultè ſeſe oſculantes, vel denique aſſerant, virum in camerâ diſpectoratum & caligis diſſolutis fuiſſe, mulierem januam clauſam tenuiſſe, juvenem adeſſe negaſſe, quemadmodum pluribus perſequitur & probat Laur. Kirchov. *com. opin. cent. 1. concl. 5.* Maſcard. *de probat. concl. 59.* Quid ſi teſtes deponant de credulitate? Quid ſi ſint ſingulares? Vid. Far. *in tr. de teſtib. q. 64. n. 223. & ſeqq. & in tr. crim. part. 4. q. 136. tit. 16. n. 29. & ſeqq.* Maſcard. *de probat. d. l.* (b) Etiamſi eſſent urgentes & violentę, Weſ. *in par. ff. h. n. 18.* Proſp. Far. *in d. tr. part. 4. q. 136. t. 16. & p. 1. q. 86. n. 52.* ubi & diſſentientes refert. Morla. *in Emporio jur. tit. de var. quæſt. q. 5. Old. de probat. p. 365.* Gometz. *2. Reſol. 12. n. 25.* niſi tales fortè proponas præſumptiones, quas lex pro validâ probatione habet, & ſuper quibus ſententiã profert, cujus rei exempla ſunt. *in l. 34. C. h. junct. n. 117 c. 15. & Auth. C. h. t.* Obr. *diſp. 1 de probat. th. 149. & ſeqq.* Weſ. *in par. ff. d. t.* Gomez. *3. reſolut. 12. n. 15.* Unde infero, ſi nudus cum nudâ, ſolus cum ſolâ in eodem lecto concumbat, judicem ad capitalem & ordinariam pœnam eam ob rem devenire non poſſe, quamvis judiciũ ſufficiens ſit ad torturam. Vid. P. H. G. O. *Car. V. art. 18. 20. 22. 25. 27. & ſeqq.* Boc. *in tr. de quæſt. & tort. c. 3. n. 202.* Kirchov. *1. com. opin 5.* Maſc. *de prob. 1. concl. 59. n. 10.* Pr. Far. *in d. tr. q. 136 n. 19.* Zang. *in tr. de tortur. c. 2. n. 23.* Farin. *d. q. 86. n. 78.* Idem dixerim,

ſi ſolus

ſi ſolus cum ſolâ comperiatur in conclavi quodam, ita ut mas caligas ſuas reſolutas & fœmora denudata habeat, fœmina verò pulſanti oſtiũ aperire recuſet, licet ad torturam æquè abripi poſſint, quâ de re, Deo dante, in diſp. de quæſt & tort. magis explicatè agemus. Interim vide Hippol. de Marſil. *in pract. crim* §. *quoniam n. 22.* Zang *de quæſt. c. 2. n. 23.* Proſp. Far. *d. q. 136. n. 19.* Unde valdè frivolum eſt, quod Covarruv. ſcribit propter oſculum luxurioſum adulterium commiſſum neceſſariò concludi. Sanè, quin rectè Judex irroget pœnam extraordinariam, rectèque etiam condemnet, ſi agatur civiliter ad dotis amiſſionem vel diſſolutionem matrimonii ambigendum non eſt, Weſ. *in par. ff. h. t.* Proſp. Far. *d. q. 86. n. 17. & n. 78.* Kirchov. *d. l.* Maſc. *de probat. 1. concl. 7. n. 25* Boſſ. *in tit. de partu ſuppoſito n. 31.* Cæterum quatenus per confeſſionem adulteri adulteræve hoc delictum probetur, cuive pœnæ confeſſus ſubjici debeat, multis doctè oſtendit Proſp. Far. *in d. tr. p. 3. q. 81. & ſeqq.* Zang. *in d. tr. c. 5. n. 45. & ſeqq.* Bocer. *in d. tr. de quæſt. n. 24. & ſeqq.* P. H. G. O. *Carol. V. art. 32.* Modeſt. Piſt. *p. 2. q. 25.* Moll. *2. ſemeſt. 37.* (c) *Deut. 22. Levit. 21. Ezech. 18. Job. 8. Dan. 13.* Confer *c. hac imago. 33. q. 5. c. hinc apparet. eâ. 32. q. 5.* (d) §. 4 *I. de publ. Jud. l. 30. & ibi Dd. C. h. t.* Weſ. *in par. ff. h. t. n. 19. l. caſtigat 9. C. d. t. l. 18. C. de tranſact. N. 134. c. 10.* Heig. *ad d. §. 4. Inſt. de publ. Jud. n. 8* Boſſ. *in pract. tit. de ſtupro deteſt* Decian. *in d. tr. lib. 6. c. 6. n. 42.* Menoch. *de. arbit. jud. quæſt. lib. 2. c. 386.* Farin. *in d. tr. q. 141. tit. 16. n. 58.* Quam tamen pœnā capitalem in maſculis tantum probat Juſtinianus: mulierem verò verberibus cæſam in monaſterium detrudi præcipit datâ priſtino marito ultra triennium, ſi hoc exiſtimaverit, eam inde revocandi poteſtate, quo tranſacto aut viro præmortuo eam raſo capite, monaſterio habitu amiciri, & illic omni vitæ tẽpore permanere jubet *Auth. ſed hodie. C. h.* Forſt. *in tr. de juriſdict. Rom. p. 131.* Quid ſi ſervus rem cũ uxore domini habuerit? Servus comburitur, mulier verò pœnâ capitali punitur, ipſius bonis agnatis applicatis. *l. 1. & t. t. C de mulieribus quæ ſi propr. ſerv. junx.* Clar. *in §. adult n. 7.* ubi dicit: Famulũ quendam, qui cum dominâ comiſit adulterium fuiſſe ſuſpenſum. Menoch. *d. l. q. 2.* Petr. Greg. *in Synt. Iur. lib. 36. c. 6. n. 20.* Illud porrò multos mirari video, quos equidem miratos non miror, quid ſit, ꝙ Imperator pœnam mitiorẽ in fœminas conſtituerit, cum ſi in ullo pœnę gravitate hoc delictũ eſſet cohibẽdum, certè in fœminis hoc fieri deberet. Omnes n. norunt, longè deteſtabilius eſſe hoc crimen in fœminis ac maribꝰ, longè pernicioſius Reip. propter eam, quę conſeqꝛ liberorũ incertitudinem, Ut taceam, vel eò magis huic ſexui frenum

eſſe injiciendum, quò magis proclivis eſt ad libidinem, *arg. l. 16. §. fin. ff. de pœn.* Vid. Weſ. *in par. ff. h. n.* 19. ubi rectè docet, cum jus civile hac in re variet, juri divino eſſe ſtandum. Quæſtionem hic propono non ſemel exagitatam, utrum ex l. Juliâ adulterii pœna fuerit capitalis? Ego verò adulterii pœnam ex l. Juliâ capitalem non fuiſſe perſpicuè ex eo colligo, quod adulterii damnatas eadem lex uxores duci & in teſtimonium citari vetet. Quod certè perabſurdum eſſet cavere, ſi hujus criminis pœna vitam libertatemve ademiſſet. Et haud ſcio, an Dn. Goedd. *in l.* 101. *d. V. S.* rem acu, quod dici ſolet, tetigerit, dum opinatur, Legem Jul. hæc omnia vetuiſſe, ſi fortè reus quoquo modo pœnam capitalem evaſiſſet. *l. 9. C. h. t.* Novimus enim, ab officio legis eſſe alienum, ut proponat exceptiones, quæ ſunt in eventu poſitæ, cum & infinitæ ſint, & legibus ſat exprimi nequeant. *l. 12. ff. de ll.* Et huic ſententiæ ceu veriori ſubſcribunt Bocer. *in tr. de regal. c.* 2. *n.* 110. Heig. *p. 2. q.* 29. *n.* 48. Kloc. *ad l. tranſigere p. 2. c. 1.* Cujac. *6. obſ.* 11. Hott. *ill. quæſt.* 23. Barn. Briſſ. *d. l.* Ravard. *4. var. 6.* Lipſ. *in comm. ad Tac.* 4. Delrio *ad d. l. tranſigere. n. 89. C. de tranſact.* Sixt. *2. de regal.* 11. *n.* 57. Dn. Joh. Borch. Vult. Weſ. Heig. Criſp. Baro *ad §. 4. Inſt. de publ. jud.* Vult. *1. diſcep.* 11. Ant. Fab. *2. cõj.* 20. Obrecht. *diſp. de tranſact. th.* 96. nec ſcrupulum nobis injicere debet, quod Imperator *in §. 4. I. de publ. jud.* L. Juliâ, ait, temeratores aliarum nuptiarum gladio punit, hoc enim, quam habeat ſententiam eleganter explicant Covar. de ſponſal. *p. 2 c.* 7. §. 7. *n.* 16. Heig *p. 2. q. 29 n.* 68. Weſ. *in par. ff. h. n. 9.* Weſ. & Heig. *ad d. §. 4. I. de publ jud.* Diſſ. Goedd. *ad l. 101. d. V. S.* Alc. *5. paradox.* 8. Coraſ. 8. *miſcel. 1.* Thoming. *deciſ.* 49. *n.* 19. At inquies, quo igitur tempore cœpit hoc crimen pœnâ capitali vindicari? ſi ingenuè fatendum ſit, vix de eo conſtat. Fuit namque capitale ſub D. Pio. vel ſub D. Fratribus, ut ex Apuleio & Arnobio exploratum eſt: fuit capitale ſub Alexandro. *l. 9. C. h. t.* fuit capitale ſub Diocletiano & Maximiliano, *arg. d. l. tranſigere. C. de tranſact.* ſub Conſtantino Magno. *l. 30. C. h. t.* ſub Conſtante & Conſtantio & Conſtantini filiis. *l. 4. C. quor. appel. non recip.* Nec rectè meo judicio collegeris. In hujus vel illius Imperatoris cõſtitutione fit mentio pœnæ capitalis. E. Hic vel ille Imperator primam pœnam adulterii conſtituit capitalem. Sed hoc tantùm ſequitur: E. ſub hoc vel illo Imperatore adulterium fuit capitale. Quod ſi tamen contenderis, ſanguinis & gladii pœnâ conſtitutione Conſtantini M. delictum hoc regulariter fuiſſe vindicatum, non omninò repugnabo. Vid.

Dd.

D. l. d. l. Eſt & hæc quæſtio non prorſus inutilis, utrum is, qui ſponſam vitiavit, alterius, eâdem pœnâ, quâ adulter affici debeat? Et quamvis affirmativa ſententia, ſi rigorem juris reſpicias, non malè defendi poſſit, contraria tamen ceu æquior melior uſu eſt recepta, Weſ. *in par. ff. b. n.* 7. Inde in terris Saxon. pœna fuſtigationis cum relegatione conjuncta tàm corruptori quàm corruptæ (ſi modò non ignoraverit ſtupratam de ponſatam fuiſſe. Nam ſi ignoret, magis eſt ut excuſetur & tanquam ſimplex ſtuprator puniatur. Unde hæc qualitas in ſententiis, ubi pœna dictari ſolet, plerumque exprimitur, teſte Heig. *d. l.*) Namque conſtitutio Provincialis Electorum Mauritii & Auguſti inter provinciales *conſtit.* 19. *p.* 4. diſertè de maritatâ uxore & proprio adulterio loquuntur, Von einem Eheweibe. Sanè Vaſallus, ſi ſponſam domini cognoſcat, vel talia cum eâ exerceat, ob quæ feudi jacturam faceret, ſi illa in uxorem domini committeret, feudo cadit. Vid. Cujac. *6. obſ. 16. & 20. obſ. 16.* Roſenth. 10. *Feud.* 27. *n.* 10. Vult 1. *Feud.* 11. *n.* 31. Schöner. *diſp feud. 10. th.* 62. Schrad. *de Feud. p. 9. c. 2. n.* 13. Cæterum de variis variarum gentium pœnis, & quales irrogent Canones noſtri, videndus eſt Damh. *in prax crim. c. 89 n.* 53. adde *c. intelleximus Ext. de adult. c. ſi quis clericus.* 10. *diſtinct.* 21. (e) Adulter enim ſi aſcendentes, aut deſcendentes uſque ad tertium gradum non habeat, bona ejus fiſco applicantur *N.* 134. *c.* 10. Et ſi adultera non recipiatur à marito, deſcendentibus ejus duabus ſubſtantiæ partibus relictis, reliquum patrimonium jure civili monaſterio datur. Si aſcẽdentes tantùm habeat, quatuor duntaxat unciæ illis conceduntur, cæteris, quę ſuperſunt, monaſterio applicitas. Quod ſi verò neque aſcendentes adſint neque deſcendentes, fit ut omnis ſubſtantia monaſterio vindicetur. *d. N.* 134. *c.* 10. (f) Vid. die P. H. G. O. Carol. V. art. 120. ibi. Nach ſage vnſer ꝛc. (g) Hoc namque jure, ſiquidem maritus adulterii fuit reus, ſive cum maritatâ rem habuerit, ſive cum ſolutâ, capite plectitur, in tantum, ut ſi cum maritatâ congreſſus fuerit (Saxo vocat die Oberhurerey. *gl. ad* Landrecht. *lib. 2. art. 13. ibi:* Vnd die Oberhurerey ꝛc.) locus deprecationi uxorum maritos ſuos deſiderantium relinquatur nullus. Quanquam ſi moribus ignoſcere velit conjunx innocens, & cum ſolutâ rem habuerit, aliud ſit dicendum, cum eâ tamen lege & conditione, ut pars innocens perſonam ream exilio perpetuo mulctatam ſequi teneatur, Nov. Auguſti, *p. 4. conſt.* 19. *§. pen.* Soluta verò, quæ cum marito ſe carnaliter commiſcuit, fruſtrà ſperat, ob depre-

cationem talem factam, & ſibi pœnam mitigatum iri. Nam eo non obſtante fuſtibus publicè cæditur. Beuſt. *in tr. de matrim. c. 18. verſ. ſed hodie.* Schneid. *in* §. 4. *J. de publ. jud. n.* 1. Fœminæ verò conjugatæ, ſi reæ fiant adulterii, ſive illicitam Venerem exerceant cum conjugato ſive cum ſoluto propter monaſteriorũ defectum publicè virgis cædi & in perpetuũ relegari conſueverunt. Fachs. poſt ſpec. Sax. tit. Von peinlichen Straffen. §. aber zu dieſer zeit. Mod. Piſt. *conſ. 3. n. 65. & ſeqq.* Diſſ. Weſ. *in par. ff. h. n. 18.* niſi inter conjuges fuiſſet facta perpetrati delicti condonatio, hoc n. ſubſecuto à fuſtigatione publica, cui caſtigatio in carcere ſurrogatur, liberantur. König *in proc. tit.* Vom Ehebruch und Peen derſelben. §. Laſſen aber zu dieſer zeit/ ꝛc. Coler. *deciſ. 116. n. 3. & ſeqq.* Beuſth. *d. l.* Aſt hodiè jure provinciali *p. 4. conſtit. 19.* mulier adultera æquè ac maritus pœnâ mortis afficitur, nec hæc mitigatio, quoad mulierem conjugatam rem cum conjugato habentem, locum habet amplius. *conſt 19. ſ. 4.* Secus tamen eſt, ſi cũ ſoluto adulterium cõmiſerit, dum enim ad interceſſionem conjugis innocentis pœna mortis in aliam leviorem, puta perpetuum exilium commutari poteſt, ſoluto tamen omnimodò ordinariæ pœnæ ſubjugando. Quod, quamvis durum obſervatur, tamen, ſi credimus. Beuſth. *in d. tr. de matrim. c. 18 circa fin.* (h) Quod ſpecies quædam eſt donationis propter nuptias. Weſ. *in par. ff. de jur. dot. in fin.* Apud exteras gentes appellatur variè, Duaria, Totarium, Denarium vel ſuper vita. Eyerh. *conſ. 217. n. 5.* Cujac. *5. obſ. 4.* Nonnulli victilitium vocant. Germ. Ein Leibgeding/ Leibzucht oder Leibgut. Quemadmodum paſſim in conſtit. Elect. obſervare eſt. Vid. Hart. Piſt. *1. q. 4. & 5.* Weſ. *conſ. 27. num. 25. p. 1.* Coler. *de proceſ. p. 1. c. 10 n. 79.* Simon. Piſt. *conſ. 20. num. 11.* (i) *l. Lucius. 38. l. mulier. 37. ff. ſol. matrimon. l. miles 11. §. 3. ff. h. l. ult. C. eod. l. conſenſu. 8. §. virum. C. de repud. N. 22. c. 15. §. & rurſus. c. plerumque 4. de donat. inter vir. & uxor.* Petr. Barbos. *in l. 2. ff. ſol. matrim.* Clar. *in §. adulterium. n. 12.* Adeò ut idem ſit dicendum, etſi dos ſit promiſſa. Farin. *q. 142. tit. 16. num. 7.* Nec quicquam refert, agendo an excipiendo adulterium objiciatur. Farin. *d. q. num. 26. & ſeqq.* Covar. *in 4. decret. cap. 2. p. 3. §. 5. num. 13.* Neque verò mulier hęc de jure noſtro civili tantum amittit, ſed etiam Saxonico. Landrecht *lib. 1. art. 21. & gl. p. n. in* Weichbildt. *art. 22.* Chil. König *in pract. cap.* Von Ehebruch. Modeſt. Piſtor. *conſ. 3. vol. 1. n. 1.* Quomodo & eo jure, reliqua jura, quæ habet in bonis mariti defuncti, utenſilia (modò ab iis receſſeris, quæ ad mundum & ornamen-

namenta muliebria pertinent, quæ mulier in uſu & poſſeſſione ſuâ habet. Die ſie in jrer verſchloſſen Gewehren gebrauch gehabt hat. Hæc n. inter uxoris paraphernalia referuntur. Gl. *in d. art. 20. lib. 1. art. 23. in fin.* Et cognatæ, quæ ea non tàm ex jure defunctæ cognatæ, quàm legis beneficio percipit, auferri non poſſunt, *arg. l. 11. ff. d. R. I.* Moll. 1. *ſemeſt.* 11. Mod. Piſt *p. 1. q. 14.* Hart. Piſt. *1. q. 31.*) Sponſalitiam largitatem, domeſtica cibaria. Germ. Morgengab vnd Mußtheil amittit. Confer Beuſt. *ad l. admonendi ff. de jurejur n. 959. in fin.* Moll. 4. *ſem.* 11. Modeſt. Piſt. *conſ. 3. n. 32. vol.* 1. Thoming. *dec.* 28. Cravet. *conſ.* 205. Elegantem hic & difficilem quæſtionem ſubjicio, utrum bona paraphernalia uxor ob adulterium amittat? Affirmant hoc Boer. *dec. 338. n. 2* Clar. *in pract. §. adult. n. 15.* Boſſ. *in d. tr. tit. de coit. damn. n. 54.* Carr. *in pract. crim.* ✝ *ſ. 9.* Ant. Guib. *in tr. de dotibus. c. 6. n.* 25. Beuſt. *de matrim. c. 21.* Moll. *in conſt. Elect.* 21. *n. 3. p. 4.* & alii complures, quos refert Farin. *q. 142. tit. 6.* Negant verò Petr. Barb. *in repet. l. 2. ff. ſolut. matrim.* Cov. *de ſpõſal. c 7. §. 6. n. 2.* Weſ. *in par. ff. n.* 18. Rauchb. *p. 1. q. 47. n. 21.* Mauſer. *in §. fin. Inſt. de nupt.* Quorum ſententiam magis eſt, ut prævalere dicamus. Vid. *nov. 117. c. 8. junct. nov. 134. c. 10. §. ſi quando cum ſimilibus.* Nunc reſtat, ut videamus, cui dos applicari debeat? Res ita ſe habet. Dos liberis nullis exiſtentibus cedit marito, & ex alia ſubſtantia tantum, quantum tertia pars dotis eſſe cognoſcitur: *l. 8. §. fin. C. de repud. nov. 117. c. 8. §. 2. & nov. 134. c. 10.* Quod qui ad civilem tantum actionem reſtringunt, non in minimo errore hærere nobis videntur. Rauchb. *d. l.* Far. *lib. 1. conſil. crim. conſ.* 72. Diſſ Ant. Guil. *in tr. de dotib. c. 6. n.* 24. Beuſt. *ad l. admonendi. n. 959.* Quod ſi liberi extiterint, ejuſdem matrimonii communibus liberis dotis proprietas reſervato patri uſufructu attribuitur. *d. nov. 117. d. l. 18. C. de repud.* Prioris verò matrimonii liberis dos pleno jure acquiritur. Et licet non deſint, qui marito eo caſu, quo ei poſterior uxor dotis nomine nihil intulit, virilem portionem ex tenore *l. 6. C. de ſecund. nupt.* Etiam quoad proprietatem adjudicent: Verius tamen eſt, quod & Gothofr. *in d. nov. 117. c. 8.* docet. Eam portionem ad uſumfructum tantum reſtringi debere, alioqui hoc ſequeretur abſurdi, quod vitricus etiam & extraneus melioris eſſet conditionis, quàm verus pater. Planè de jure Sax. expeditum eſt, dotem in re mobili conſiſtentem, (nam ſi in immobilibus conſiſtat, aut maritus ante adulteram moriatur, dos liberis applicanda venit, & donec ad maturam ætatem pervenerint, à patre tutorio nomine retinẽda. Vid. Rauchb. *p. 1. q. 27 n. 8*

n. 8. & 9.) ad inſtar aliorum bonorum mobilium, ſi legitimam excipias etiam legitimis cujuscunque matrimonii liberis extantibus, (nam conſtitutio *l. legis, hac edictali, apud Saxones in uſu eſſe deſiit*, Fachs. *diff. 18.* Reich. *p. 1. diff. 45.*) ad maritum pleno jure devolvuntur. Ecquid verò, quemadmodum ob adulterium, ita quoque ob oſculum luxurioſum, (quid autem ſit oſculum luxurioſum explicant, Trevíſon *deciſ. 47.* & Menoch. *de arbit. caſ. 287.*) tactum mamillarum, & alios actus ad adulterium pręparatorios dotem amittit mulier? Negaverim, quamvis plurimi diſſentiant. In vaſallo tamen expeditum eſt, quod, ſi turpiter cum uxore domini luſerit h. e. tetigerit non tãgenda vel luxurioſè fuerit exoſculatus, niſi conſuetudo loci aliud ferat, eam ob rem feudo cadat, Dn. Ioh. Borch. *de feud. c. 8. n. 28.* Rittersh. *2. Feud. 5. q. 95.* Roſenth. *10. Feud. 28. n. 1.* Hoc loco non poſſum quin illam quæſtionem quoque attingam, An mulier ob adulterium commiſſum ab hæredibus mariti poſſit dote exui? Affirmatè concludere non veremur, cum Dd. comm. quos refert & allegat Farin. *d. tr. q. 142. tit. 6* Aliud tamen dixerim, ſi maritus in vivis benè noverit delictum eſſe commiſſum, & tamen illud conſulto diſſimulaverit aut celari voluerit. (k) *l. Lucius 38. §. nõ mulier. 47 ff. ſol. matr. l. miles. 11. §. 3. ff. h. l. ult. C. eod. l. cõſenſu 8. §. verũ. C. de repud. nov. 22. c. 15. §. & rurſus. c. plerumq; 4. de donat. int. vir. & ux.* Petr. Barboſ. *in l. 2. ff. ſolut. matr.* Clar. *in d. §. adulter. n. 2* Applicatur autem donatio propter nuptias liberis nullis exiſtentibus, jure proprietatis ipſi mulieri: Sin verò adfuerint liberi, uſusfructus quidem ad uxorem pertinet, proprietas verò liberis conſervatur. *d. Nov. 117 c. 8. & N. 134. c 10. nõ mœchaberis ca. 32. q. 6.* (l) *l. conſenſu C. de repud. Matth. 5. v. 31. & 19. v. 9.* Beuſt. *de matr. p. 2. c. 16.* Neq; tantum matrimonium diſſolvitur ob adulterium quoad menſam & thorum, ut perperam Canonibus placuit. *c. dixit dominus. 32. q. 1.* cum ſimill. ſed in totum ut benè poſt alios probat Beza *in tr. de divort. pag. 156.* adeò, ut parti innocenti facultatem ad ſecunda vota tranſeundi concedamus, ſi conciliatio fruſtrà tentetur. De nocente verò parte ita ſtatuo, non eſſe illi ſecundas nuptias concedendas, tantiſper, dum innocente in cœlibatu permanente pendet reconciliatio: 2. Oportere, ut de ipſius reſipiſcentiâ conſtet. 3. Nec ſtatim nec temerè hoc illi concedendum, ſed multùm diuque admonendam, ut, ſi fieri poteſt, lugere & cœlebs manere malit, quàm conjugem repetere, in quo tam turpiter ſe geſſerit. Quod ſi res ipſa oſtenderit, periclitari ipſius conſcientiam, niſi ei pro-

ei proſpiciatur, nubat ſanè cui vult, modò id fiat in Domino. Vid. Bez. *in d. tr. fol.* 157. Weſ. *in par. ff. de divort. n.* 11. Beuſth. *d. p.* 2. *c.* 24. Diſſ. Canoniſtæ comm. Nec, ut opinor, tenetur maritus, divortio facto, alere adulteram, quamvis, filios ad alimenta matri ſuppeditanda teneri ſi dixeris, non contradicam. Vid. Beuſth. *de matrim. c.* 22. (m) Eique tàm naturali quàm adoptivo, modò jure patris accuſare poſſit. Ignominioſi etenim & famoſi hoc jus non habent, *l. maritorum. in fin. ff. h. l.* 22. *ff. eod.* Hoc porrò ita demum verum eſt, ſi pater in poteſtate habeat filiam. Itaque ſi pater ſit filiusfam. jus occidendi non habet: In ſuâ enim poteſtate filiam habere non videtur, qui ipſe ſuæ poteſtatis non eſt. *l. pater. l. ſic eveniet. ff. d. t.* Sufficit autem patri in poteſtate habere eo tempore, quo occidit non quo in matrimoniū collocat. *l. quod ait. §.* 1. *ff. h.* 2. Si in ipſis rebus Venereis, in ipsâ turpitudine deprehendatur, *l.* 23. *ff. h. t.* Quamvis ſi eos in præparatoriis reperierit ut ſi luxurioſè ſeſe fuerint exoſculati, atq; ita occiderit, leviori pœnæ ſit ſubjugandus. Decian. *in d. tr. lib.* 9. *c.* 15. *n.* 15. 3 Si adulterum & adulteram in domo ſuâ, vel generi ſui deprehenderit. *d. l.* 22. §. 2. *d. l.* 23. §. 2. & 3. *h.* Damhoud. *in pr. crim. c.* 89. *n.* 27. & *c.* 79. *n.* 15. Clar. *in § homicidium. n.* 48. Domum hîc accipe pro domicilio & habitatione. *l. quod in eâ. §. ſed domus. ff. h.* Quare ſive in propriâ domo pater habitet, ſive in conductâ vel gratis, ex lege rectè occidet. 4. Ut utrumq; pariter occidat, neutri autem parcat. Nam ſi alterum duntaxat occiderit, lege Corn. de ſicariis tenetur. *l. nihil. ff. h. t.* Debet itaque propè uno ictu & impetu pater utrumque occidere, & æquali irâ adverſus utrumq; ſumpta, propterea quod lex parem in eós qui deprehenſi ſunt indignationem exigit & ſeveritatem requirit. *d. l.* 23. *ff. h.* Quod ſi adultero occiſo filiam vulneret, verbis quidem legis non liberatur, ſed reſcripto D. Marci ei impunitas conceditur, fato enim magis, quam voluntate ſervata creditur filia. quæ gravibus vulneribus poſt adulteri mortem inflixis ſupervixit. Illud nihil intereſt, cujus conditionis ſtatusve ſit is, qui in adulterio à patre deprehenditur. Ita enim lex loquitur: Adulterum quemlibet &c. ut tamen memineris, libertum patrono parcere debere. Durum enim eſt, eam liberto poteſtatem dare, ut ei manus afferat, cui ne ſi vitam quidem pro eo refundat, cumulatè gratiam retuliſſe videatur. Nam cujus honori atque famæ, multò magis vitæ parcere debet. *l. ſi adulterum. ff. h.* Quæſtioni porrò eſt, utrum filiæ prægnanti pater parcere debeat? Et debere verius eſt. 5. Ut filia ſit nupta non verò ſoluta.

Damh. *d. c.89.n.29.* Hanc autem poteſtatem filiam (nam ſecus eſt in filio) necandi, ſi hæc obſervata fuerint, ſoli patri lex conceſſit, Ideoq; alius ex parentibus idem jure non faciet, & conſequenter neque mater neque avus, neq; frater adulterantes in actu reperientes occidere poſſunt. *d. l. patri cum ſeqq. ff. h.* (n) Huic tamen non quemlibet occidere lex Julia permittit, ut patri, ſed viles tantum & famoſas perſonas, veluti lenones, hiſtriones, & id genus alios, idque tum demum, ſi domi ſuæ cum uxore deprehenderit. *l.24. ff. h. t l. 4. C. eod.* Extra has igitur perſonas lege comprehenſas, ſi quẽquam alium maritus occiderit, cædis reus erit nec uxorem igitur ſine cædis crimine occidet. Quanquam humanitatis intuitu ab Antonio Pio primùm *l.1. ad l. com. de ſic ar.* Deinde à Marco & Commodo. *l. ſi adulterium. §. Imperatores. ff. h t.* Poſtremò ab Alexandro reſcriptum ſit, *l.4 ff. h.* Marito, qui uxorem in adulterio deprehenſam occiderit non utique legis Cornel. vel ſanguinis pœnam, quæ hodiè eſt ultimum ſupplicium, ſed leviorem irrogandam eſſe, ut: vel in exilium vel opus perpetuum tradatur. Si inferioris conditionis ſit, vel relegetur ad tempus, ſi aliquâ in dignitate ſit conſtitutus. *l. ſi adult. 38. §. Imper. Marc. ff. d. t. l. nec ab e. s. 22. §. ult. ff. h.* Datum hoc eſt mariti juſto dolori, quem difficilè eſſe in repentino motu temporare prudentiſſimi Impp. cogitârunt. Non immeritò autem dubitaveris, cur marito non æque atq; patri adulterum & adulteram interficere liceat? Audiamus hîc JCtum *in l. nec in ea. ff. ad l. Iul. de adult.* Qui ideò patrem in hâc parte plus juris, quàm maritum habere ait, quod plerumque pietas paterni nominis conſilium pro liberis capiat, mariti verò calor & impetus facilè ſævientis fuerit refrenandus. Animadvertit enim legislator, tardius, maturiorique conſilio ad cædem acceſſurum patrem, qui liberos ſibi ſalvos & ſuperſtites votis omnibus exoptat. Contrà, maritum ita percitum multò inconſultius & facilius occiſurum cogitavit: Quod perſtringente mentis aciem juſto dolore adhibere in conſilium rationem non poſſit, itaque hunc ſtrenuum ad cædem mariti fervorem velut injecto freno cohibendum cenſuit. Vid. Cujac *in lib. 1. ad Papin. de adult. pag. 668. col. 2. in fin.* Damhoud. *in d. tr. c.39. n.19.* Sanè in Italiâ invaluiſſe videmus, ut deprehenſos adulterum & uxorem maritus ſimul jugulare poſſit.

V.

Stuprum (*a*) de quo nunc agam, reſtat, eſt delictum publicum (*b*) cum virgine vel vidua (*c*) honeſtè vivente (*d*) commiſſum.

miſſum. (*e*) Et eſt vel voluntarium volenti & conſentienti illatum, (*f*) vel violentum, h. e. vi perpetratum. (*g*) Illius pœna de jure civili in honeſtioribus quidem eſt publicatio partis dimidiæ bonorum, in humilioribus coercitio corporis conjuncta cum relegatione: (*h*) hujus verò mors naturalis. (*i*) Ad ſtuprum porrò concubinatus referri non poteſt, (*k*) ut nec ſimplex ſcortatio. (*l*)

(a) Quod non ineleganter Goed. *ad l.* 101. *ff. d. V. S.* à ſtupore, ſtuprante vel ſtuprantis vel etiam ipſius pudoris, qui læditur, derivat, quia ſtuprator non abſimilis ſit ſtupido bruto. (b) *§. 3. junct. §. ſed eadem lex Jul. Inſt. de publ. jud. junct. l. 1. ff. eod.* (c) *d. §. ſed eadem. I. de publ. jud. l. ſtuprum 34. ff. ad l. Jul. de adult. l. inter ſtuprum. ff. d. V. S. l 6. §. 1. eod. c. lex illa. §. ſtuprum. 35 q* 1. Weſ. *in par. ff. h. n.* 21. Heig. Vult. Schneid. Mynſ. Joh. Fab. *ad §. 4. I. h.* Proſp. Far. *in d. tr. q 147. tit. 16. n.* 10. Card. Tuſch°. *concl.* 309 *n.* 2. 3. Menoch. *de arbit. quæſt. lib. 2. caſ.* 288. *n.* 2. Pet. Greg. *in ſynt. Jur. lib. 36. c. 9. rubr. de ſtupro. n. 1.* Damh. *in pr. crim. c. 92. n.* 3. Unde apparet, quid differat ſtuprum ab adulterio. Hoc n. cum alterius thori violatione, & in nuptas tantùm committitur: Illud verò absque thori violatione in virginem viduamq; Schneidw. *d. l.* Weſ. *in d. §. 3. n. 2.* (d) *d. §. 4. ibi: honeſte: Inſt. de publ. jud. & ibi gl. l. 29. in fin. l. 22. C. h.* Chirl. *in tr. de pœn. omni var. coit. q. 1. n. 1* Farin. *in d. tr. q. 147. tit. 6 n. 82.* Menoch. *d. caſ.* 288. *n.* 17. Unde ſi quis cum eâ, quæ aliis ſui copiam præbuit, rem Veneream exerceat, coitum illum ſtuprum eſſe non facilè dixerim, *l. 6. §. 1. ff h.* Non tamen inficior, conjunctioni cũ meretrice comparari poſſe. Conſ. Marp. 15 *vol. 1. n.* 61 Hoc loco non ſemel illud quæſitum, memini ſtuprũ commiſſum cum muliere levioris fortunæ & obſcuri loci an punibile ſit? Et ſanè punibile non eſſe diſertè docuerunt Menoch. *d. l. lib. 2. caſ.* 284. *n.* 17. ubi tractat de corrumpente ſervam vel ancillam Petr. Greg. *in ſynt. Jur. lib. 36. c. 9.* Card. Tuſc. *concl.* 709. *n.* 17. Chirl. *d t. q. 7. n.* 4. Rol. à Vall. 1 *conſ.* 74. *n.* 17. Boſſ. *in tit. de coit. damn. n.* 25. Far. *lib. 1. conſ.* 90. *& in d. tr. q. 147. t. 16. n.* 70. quibus cum facere non poſſum. Meminiſſe n. debebant *in l. 29. C. h.* quæ lex vel ſola in hunc errorem interpretes præcipites egit, vilitatem conſiderari, non reſpectu generis vel conditionis, ſed reſpectu inhoneſtatis; ut verbo dicam, vilis perſona nobis in propoſito non eſt ea, quæ inferioris conditionis, ſed quæ inhoneſtam agit

vitam,& meretricio more vivit. Atque ita ſe rem habere tum ex collatione *l.22.C.h. junct.d.l.29. ibi:* Stuprum cum domino,ibi: cum his&c. tum verò ex iis,quæ ſolidè & eruditè ſcripta reliquit Pr.Farin. *in d. conſ. 90.*luculentiſſimè conſtat. Cæterum, quod ſcire noſtra intereſt,honeſtas,cum qualitas naturalis ſit,præſumitur Maſc. *de probat. vol. 3. concl. 1410.*Menoch.*de præſumt.6 præſ.81,n.1,c.*Eſtote.*Ext.d.R.J.arg. l. merito. 51. in pr.ff pro ſocio.* Stupratori itaque contrarium aſſerenti incumbet probatio.Clar.*5. ſent.§.ſtuprum.n.4.*Maſcard.*d.l.n.2.*Farin. *deciſ.74.n.6. & d.conſ.90.n.ult.* Et ſi fortè indicia ſint,quæ judicem dubium efficiãt, juramento virginis contra ſtuprantem ſtatur.Damhoud.*in pr.crim.c.92* Maſcard.*d.vol.3 concl.1337.n.6.*Pacian.*de probat.2.c.2.n.6.&* 8.Farin. *d.q. tit.16.§.probatio.* niſi fortè mulier ſit inferioris ſortis & vilis conditionis Boſſ.*d.t.de damn.coit.n.25.*Farin.*d.conſ.90.n.16.*(e) quomodo autem ſtuprum probetur,nihil attinet huc tranſcribere, qui volet, adire poteſt Clar.*5 ſent.§.ſtuprum.n.12.*Maſcard.*de probat.vol.3. concl. 1337.* Farin. *de teſtib.q.55.n.3.*Card.Tuſc.*d.q.709.vol.7.n.42.*Pacian.*de probat. lib.2.c.2. n.12.& ſeqq.*Bocer.*in tr de quæſt.& tort.c.3.n.* 101. *& ſeqq.* (f) *d. §. item lex Julia.J.de publ.jud.ubi* Weſ.*l.6.§.1.ff.h t.* Damh. *d.c. 92.n.3.* (g) ut quando quis quæve per vim coacti carnaliter cognoſcuntur.*d.§.4. I. de publ.jud.l.5.§.4.l.6.ff. de vi publ.l un.de rapt. virg.* P. H. G. O. *Carol.V. art.118.& 119.*Hippol.*de Marſ.ad l un.C.de rapt.virg.* Nicol.Everh.Jun. *conſ.8.vol.2.n.17.*(h) *§.4 I.de publ.jud.*ubi Heig.Mynſ.Weſ.Schneidw. & alii.*l.1.§.ult.de extraord.crim.*Weſ.*in par.ff h.n.* 23. Chirland. *d.l q.7.* Damhoud.*in pr.crim.c.92.n.4.*Clar.*in d.§.ſtuprum.n.3.* Coler. *deciſ. 76. n.93.*Nic.Ever.Jun.*conſ.8.vol.2.n.74.*Proſp.Far.*d q.147.n.6.*Theſaur.*dec. 3.n.1.*Tuſc.*d.concl.709.vol.7.*Petr.Greg.*d.l.36.c.9.* Hæc tamen variat pro varietate circumſtantiarum & perſonarum, argumento nobis eſt tutor vel curator,qui,ſi pupillæ vel adultę ſtuprum intulerit,deportatur,publicatis ſimul bonis.*t.t.C.ſi quis eam cujus tut.fuer.corrup.* Confer. *N.Leonis.34.gl.in d.§.4.I.de publ.jud.*Damhoud.*d.c.92.n.9.*Menoch.*d.caſ.288 n.13.*Servus vitium afferens filiæ domini ſui , Mulier enim,quæ paſſa eſt ſe vitiari,morte punitur, ſervus vero igni abſumitur *l.1.C.de mulier.quæ ſervis &c.*Sic ſi commentarienſis ſtuprum inferat carceratę, eâdem pœnâ plectitur,quâ tutorem teneri diximus.Menoch.*d.caſ 292.* Clar. *in §. fornicatio. n.25.*Ex conſtit.D.Electoris Auguſti *25.p.* 4. fuſtibus excipitur,Schneid.*ad§.4.J.de publ.jud.n 3.* Monialem quoque ſi quis corruperit,

perit, capite punitur. *l. 5. C. de Epiſc. & cler.* Decian. *in d. tr. lib. 6. c. 20. n. 6.* Menoch. *d. l. caſ. 502. n. 41. cent. 6.* Jure verò Pontificio ipſæ moniales ergastulis includuntur *c. impudicas. 27. q. 1.* Et ſtuprator, ſiquidem ille clericus fuerit, beneficiis exutus deponitur & in monaſterium detruditur, Laicus excommunicatur. *c. ſi quam monacharum. 27. q. 1.* Menoch. *d. l. l. 2. caſ. 289 n. 24* Decian. *lib. 6. c. 20. n. 6.* Covar. *in Clement. ſi furioſus, in princ. p. 2. n. 8* Farin *d. tr. q. 145. tit. 16. n. 24.* In Vaſallo benè illud obſervandum, quod is, ſi filiæ aut nepti ex filio, item nurui, matri ſenioris, quamvis non renuentibus, ſtuprum obtulerit, vel auferenti auxilium opemque tulerit, feudo cadit. Textus eſt. *1. F. 5. §. item ſi fidelis. tit. 21.* D. Borch. *de F. c. 8. n 92.* Curt. Jun. *2. 4 de F. n. 25.* Roſenth. 10. *F. 58.* Vult. 1. *F. 3. in fi.* Farin. *in d. tr. q 147. t. 16.* Item tamen cave ſtatuas in Vaſallo, qui rem habuit cum vidua domini ſui defuncti. *arg. §. fin. 1. F. 21.* Scip. Gent. *in tr. de bonis matern. c. 7* Niel. *diſp. feud. 8 th. 5. lit. B.* Eguin. Baro. *3. de benef. 3.* Vult. *d. l.* Sonsbec. *de F. p. 12. n. 16.* Diſſ Clar. *4. ſentent. §. feudum. q. 48.* Schrad. *de F. p. 9. c. 2. n. 5. & ſeqq.* Roſenth. *10. F. 27. n. 3.* Ecquid verò ſtuprum in muliere quoque ſtuprata virgine puuibile eſt? Et cum de hujus pœnâ in ll. noſtris altum ſilentium, noſtrum non eſt, illud aſſerere, quamvis in viduâ paulò aliter ſit comparatum Proſp. Far. *in d. q. 147. t. 16. n. 51.* Bocer. *claſ. 3 diſp. 13. th. 48.* Confer. Card. Tuſc. *d. l. n. 24.* Alex. *conſ. 13. n. 9. lib. 7.* Weſ. *in par. ff. h. n. 22.* Nec tamen exiſtimaverim, viduam ſtupratam dotem amittere, ſi ſtupro ſibi pudorem ſuum eripi patiatur. Alciat. *de præſumpt. reg. 2. præſ 9. n. 5.* Peregr. *de jure fiſci lib. 2. t. 8. n. 13.* Covarr. *de ſponſ. 1l. p. 2. c. 7. § 6. n. 12.* Quomodo & in hanc ſententiam aliquando Senatus Pariſienſis pronunciavit. Guibert. *de dot. c. 6. n. 30.* Confer Moc. Piſt. *vol. 1. conſ 3. n. 2* Coler. *deciſ 176. n. 49.* Thoming. *deciſ. 28.* Scipio Gent. *de ſecundis nupt. c. 7.* Pinel. *in l. ult. n. 9. de bonis matern.* Diſſ. Dd. variè, ut videre eſt apud Farin. *d. l. n. 46. & 47.* Jure divino, ne illud ſilentio involvamus, ſtuprator ſtupratam & dotare tenebatur & ducere. *Exod. 22. v. 16. Deut. 22. v. 28. & 29.* Jus verò Pontificium, (quod hodiè ferè uſu & conſuetudine paſſim obſervatur, teſte Clar. *§. ſtuprum v. Quære.* Hic Ever. Jun. *conſ. 9. vol. 2. n. 76.* Heig. & interpr. *ad §. 4. I. de publ. jud.*) quia multis modis uſuvenire poteſt, ut ei legi copulativè locus eſſe non poſſit, hanc copulationem dotis & nuptiarum in alternativam reſolvit, jubetque aut dotari competenter vitiatam, aut duci, *c. 1. Ext. de adult.* Menoch. *d. l. caſ. 288. n. 15.* Card. Tuſc *de concl. 709. n. 28.* Nic. Everh.

Jun. *d. l.* Quod ſi ſtuprator nolit puellam in uxorem ducere, verberibus caſtigatur à judice & excommunicatus in monaſterium projicitur pœnitentiam acturus. *c. 2. Ext. de adult.* Clar. *d. l.* Theſaur. *deciſ. 3. n. 3.* Hæc tamen eligendi poteſtas uno alterovè caſu ſtupratori adimitur. Quid enim ſi pater adduci non poſſit, ut filiam ſtupratam ei in uxorem concedat? Quid ſi alterutra perſona ante matrimonium contrahat, quàm agatur ad dotandum vel ducendum? Quid ſi ſtuprator eo loco ſit, ut non poſſit ſtupratam in uxorem ducere? Sanè hiſce caſibus, etiamſi reo denegetur optio, tamen eo non obſtante ad dotandam ſtupratam tenetur. *d. c. 1. & 2. Ext. de adult.* Menoch. *lib. 2. caſ.* 288 *n. 19.* Bajard. ad Clar. *in §. ſtuprum. n.* 10. Farin. *d. q. n.* 105. *& ſeqq.* Modeſt. Piſt. *p. 3. q. 27. n. 6.* Diſſ. Damhoud. *in pr. crim. c. 92 n. 7.* Eſt porrò dos conſtituenda non ſecundum facultates puellæ ſtupratæ, ſed ſecundum dignitatem & facultates ſtupratoris, nec non qualitatem & indigentiam puellæ corruptæ. *gl. & Dd. ordinariè in d. c. 1. Ext. de adult.* Cacher. *deciſ.* 102. ubi multis hanc ſententiam confirmat. Nic. Everh. Jun. *conſ. 8. vol. 2. n. 76.* Proſp. Far. *in d. tr. q. 147. t. 16 n. 124.* Menoch. *d. l. caſ. 288. n. 18.* Covar. *p. 2. de ſponſal.* §. 8. *n. 15.* Diſſ. Vult. *conſ. Marp. 15. vol. 1. n. 365.* Et hoc caſu etiam juramento in litem præſtando à corruptâ vel ejus patre & fratre circa quãtitatem dotis locum eſſe latè tractat Plot. *in tr. de in lit. jur.* §. 33. *n. 12. & ſeqq.* Onus quoque alimentandi infantis poſt triennium, ſi prægnatio ſubſequatur, ſtupratori injungitur. Coler. *deciſ. 176. num. 9.* Confer Coler. *de alim. cap. 4.* quod tamen quatenus verum ſit, de veritate theoricâ in ipſo congreſſu videbimus. (i) Et ita quidem diſertè conſtitutum eſt in Ordinat. crim. Carol. V. *art. 119.* ubi ait Imperator: So jemand einer Unverleumbten Ehefrawen / Witwen oder Jungfrawen mit Gewalt vnd wider jhren Willen jhre Jungfräwliche vnd Fräwliche Ehre nehmen würde / derſelbe Ubelthäter hat das Leben verwircket / vnd ſol auff außführung der Miſſethat einem Räuber gleich mit dem Schwert vom Leben zum Tode gerichtet werden. Id quod ſequuntur jura noſtra Saxon. Landr. *art. 1. & lib. 2. art. 13. & lib. 3. art. 46. Conſtit. Elect. 30. p. 4.* ubi etiam quod notandum, delictum hoc in meretrice commiſſum eâdem mortis pœnâ puniri jubetur. Quamvis teſte Weſ. *in par. ff. h. n. 22.* non rarò pœna fuſtigationis etiam decernatur. De jure verò civili Juſtin: ſummè controverti ſolet, utrum eo jure ſtuprum violentum pœnam mortis præſtitutam habeat? Id quod affirmant Muſcatel. *in pr. crim. rubr. de privil. pœn. adul. n. 33.* Menoch.

noch. *d.l.n.12.* Jaſ. *in* §. *Omnes autem. I. de action.* Damh. *d.c.92 n.51.* Chaſſ. *in conſuet. Burgund. rubr. 1* ubi dicit: Ita in ducatu Burgundiæ obſervari. Boſſ. *d.tr. n.19* Clar. *5. ſent.* §. *ſtuprum. v.ſ. Quæro quæ ſit pœna?* Ubi hoc pro indubitato ſequitur. Weſ. *n. 2. ad* §. *4. I. de publ. jud.* Guid. Pap. *deciſ.55.* Negant verò Decian *lib 8. c. 16. n. 7.* Fach. *9. contr.* 101. & *10. cont. 6.* Theſ. *deciſ. 148 n.* & *3* Nic. Everh Iun. *vol. 2. conſ. 8. n. 69.* Idem eruditè *vol. 1. c. 57 n. 33.* Et horum ſententia, ni fallor, vero magis eſt conſentanea. Longius à vero diſſident illi, qui ſtuprum virgini immaturæ, minori ſc. 12. annis, illatum propriè violentum eſſe cenſent, adeoq; morte mulctandū. Ioh. Fab. §. *4. I. de publ. jud.* Clar. *in d.* §. *ſtuprū. n. 9.* Pugnat n. ea ſententia cum *l. 38.* §. *qui nondum. ff. de pœnis.* tàm manifeſtè, ut non poſſit manifeſtius. Vid. Dn. Eric. Hedeman *diſp. 7. th. 29 lit. A.* Nic. Everh. Iun. *conſ. 57. vol. 1. n. 36.* & hanc ſententiam aliquando probavit Curia Delphinatus teſte Guid. Papæ *deciſ. 555.* Damh. *d.c.92. n. 8.* Theſaur. *dec. 148.* Grammat. *deciſ. 22.* qui dicit, fuiſſe talem ſtupratorem condemnatum ad pœnam deportationis. Menoch *d. l.* Ex conſtit. D. Electoris Auguſti *p. 4. conſtit. 31.* Huic ſtupratori tantum fuſtigatio, (quæ apud Saxones loco deportationis eſt recepta) præſtituitur. Schneidw. & alii *ad d.* §. *4. I. de pub. jud.* Stupro quoque violento vulgò annumerant illud, ad quod blanditiis, perſuaſionibus, promiſſionibus fœmina eſt inducta. Menoch. *d. l. caſ. 288. n. 20.* & alii, quos refert Farin. *d. l n. 34* quibus tamen alii contradicunt. (k) Concubinatus namq; ad evitanda majora delicta, & conſtuprationum mala non civili tantùm jure, *t. t. ff.* & *C. de concubin.* Bald. *in l. 3. C. de condit. incert.* Forſt. *in tr. de ſucceſ. quæ ab inteſt. defer. lib. 6. cap. 3* & *4.* Chirl. *d. l. q. 9. n. 5.* Menoh. *d. l 2. caſ. 418. q. 21.* Heig. *ad tit. Inſt. de ſucceſ. quæ ab inteſt. c. 5. n. 96.* Niell. *diſp. feud. 8. th. 5. lit. B.* Sed etiam Pontificio permiſſa eſt, Niell. *d. l.* Weſ. *in tr. de furt. p. 251.* Forſt. *d. l. lib. 6. c. 5. in fi.* Diſſ. Palæot. *in tr de ſpuriis c. 12. n. 2.* & *4.* Clar. *in pract.* §. *fornicatio n. 6.* Dec. *lib. 2. c. 9. n. 9.* & *lib. 6. c. 2.* Pet. Greg. *10. ſynt. 1. n. 15.* Plura a. requiruntur ad hoc, ut concubinatus ſit. 1. Enim oportet, ut ambo ſint liberæ conditionis & ſine matrimonio. 2. Animi deſtinatio in hanc conjunctionem, ſc. conſenſus concubinarius. 3. Ut unica ſit concubina *c. conſt. diſt. 34. Auth. quibus modis natur. effic. N. 18.* §. *ſi vero.* Cum enim in concubinatu indubitatus ſit effectus, ſicut in uxore, fieri non poteſt, ut ille ſit indubitatus, duab⁹ concubinis exiſtentibus. 4. Ut eo loco ſit mulier, ut cum eâ non committatur ſtuprum, *l. 1.* §. *1. ff. de concubin.* Palæot. *in d. tr. c. 12. num. 2.*

Maſcard.

Maſcard.*de probat. concl* 341.*n.* 13. Hinc fit, ut ingenua honeſtæ vitæ lo-ciique in concubinatu haberi nequeat, niſi conteſtatio eâ de re apud ædi-les facta, uti ex Tacito conjicitur, interveniat. Connan. *8. com.* 13. ſed ne-ceſſe eſt vel uxorem eam habere, vel ſi hoc quis recuſet, ſtuprum cum eâ committere. *l. 3. ff. h. t. l. libera. 24. ff. de R. N.* Proſp. Far. *d. l. q. 138. tit. 16.* Weſ. *in par. ff. de concub. n. 3.* 5. Ut mulier retineatur in ſchemate concubi-natus, h. e. imagine & habitu concubinæ. 6. Ut vir pleno honore eam diligat tractetve non ſecus ac uxorem in cohabitatione, in veſtitu, & in-dubitato affectu proſequatur, idque vicinis ſcientibus, videntibus & au-dientibus. Maſcard *in tr. de probat. lib. 1. concl* 342. *n.* 12. Forſt. *6. de ſucceſſ. c. 7. n. 3. & 7.* Sed de his & ſimilibus qui plura ſcire avet, conſulat Forſt. *d. l. c. 34. n. 5.* Palgot. *d. tr. c. 11. & 12.* Farin. *d. q. 138. t. 16.* Maſcard. *de probat. 1. concl. 341. & Dd. in comment. ordinarie ad tit. ff. de concub.* Hodiè verò paſſim in benè conſtitutis Rebuspubl. funditus hæc conſuetudo concu-binaria, ut ſacris literis contraria, eſt exploſa, quod & Leo Imp. probavit *in N. Leon. 91 Vid. 1. ad Cor. 7. v. 2. & 9.* Farin. *d. l. n. 16. & 27.* Decian. *d. tr. lib. 6. c. 2. n. 5.* Confer Ariſt. 7. *Polit.* 17. (l) Quæ nihil aliud eſt, quàm con-ſuetudo fornicaria, quam quis cum meretrice exercet. Hæc enim jure noſtro civili nec prohibita eſt, nec punibilis. *l.* 13. §. 2. *ff. h. l.* 22. *C. eod.* Proſp. Far. *in d. tr. q. 136. t. 16. n.* 41. Chirl. *d. l. q. 9. n.* 3. Clar. *in pr. § fornicatio n.* 1. Menoch. *de arbit. jud. quæſt. 2. caſ. 289. n. 3.* Damh. *c. 93. n.* 3. Quanquam ut cum Tertulliano loquar, infeliciſſimæ illæ publicarum libidinum victimæ infamiam haud effugiant. *l. pen. ff. de his qui not. infam. l. 43. ff. de R. N. l. 3. § 5. ff. de teſtib.* Quomodo & ſcortatorum vix eſt, quin opinio & exiſtimatio apud bonos & graves viros aggravetur *l.* 21. § 7. *& 71 ff. de recept. arbitr.* Fornicatio porrò non male derivatur à fornicibus. h. e. obſcuris locis. Habebant namque meretrices in fornicibus ſellas poſi-tas, ut eleganter multis oſtendit Barn. Briſſon. *in lib. ſing. de jure connubi pag mihi.* 258. Quas, quod & humi depreſſæ eſſent, & exiguum lumen admitterēt, obſcuras eſſe & fuliginis plenas plerumque cōtingebat. For-nicatrix verò rectè dicitur meretrix, cujus corpus publicum ac vulgare, vel ſi mavis, quæ corpus ſuum paſſim & ſine delectu divulgat, & venalē formam exhibet. *l. ſi ea. C. h. t.* Nec intereſt, pecuniâ acceptâ an ſine quæ-ſtu palàm ſe proſtituat. *l. palam. § rectiſſimè. ff. de R N* Unde apparet, ſi qua mulier cum uno aut altero pecuniâ accepta ſe commiſcuerit, in eâ-dem cauſa illam non eſſe. Pariſ. *conſ.* 160 *lib 4. n. 8* Farin; *d. l. n.* 85. Licet aliter

aliter conſulendo deciderint Rol.à.Vall.*conſ.74.vol.1.n.* 10. & alii quos refert Maſcard.*de probat.2.concl.*1063.*n.*10. De eo minus dubito, meretricem neutiquam eſſe, quæ amore victa alicui ſui copiam fecit.*arg. d.l. palam ff. de R.N.* Menoch.*d.l.c.228 n.*3. Covarr.*de matrim.p.2.c.8.§.11.n.5.* Cæterum quæ requirantur ad hoc, ut mulier meretrix dici poſſit, & ex quibus rectè colligamus aliquam eſſe fornicatricem prolixè tradunt Petr.Greg.*in ſynt. lib.*10. Natta *conſ.25.n.*2. Maſcard. *de probat. 2.concl.* 1064.*& ſeqq.* Menoch.*de præſumpt.5.præſ.41.n.*21. Boſſ.*in tit. de plurib. ſubhun.n.*67. Farin. *d.q.136 t.16.n.89.& ſeqq.* Hoc addo, illos audiendos non eſſe, qui, quod jure civili certa pœna fornicationi non eſt ordinata, eam impunè ferendam cenſent. Vid. eleganter hac de re diſſerentem Damhoud.*c.93.n.2.& ſeqq.* Quomodo videmus in terris Sax. ſcortatores puniri pœnis eo delicto dignis. Vid. Landr.*art.46.conſtit.Elect.18.p.4* ubi pro qualitate facti & perſonarum diverſitate hęc fornicatio plecti jubetur.

VI.

Stupro violento perquam affine eſt crimen raptus. (*a*) Eſt autem raptus delictum publicum, quo quis vitæ honeſtæ mulierem (*b*) ſive volentem ſive nolentem (*c*) libidinis explendæ gratiâ (*d*) de loco ad locum (*e*) vi adhibita (*f*) abducit. Quod cum delictum ſit tàm grave ut eo nihil gravius, (*g*) mirum non eſt, plura in ejus odium jure ſingulari jura noſtra conſtituiſſe, (*h*) & multis, iisque duriſſimis pœnis non raptores ipſos tantùm, (*i*) ſed etiam comites & auxiliatores (k) & receptatores ſubjeciſſe. (*l*)

(*a*) *arg. §.8. junct. §.4. I. de publ. jud. c. lex illa. 36. q. 1.* Stuprum violentum cum raptu confundunt, Damh. *in pr. crim. c.95.n.2.& c.93.n.3.* JCti Marpurgenſes *conſ.9* *Molin. in addit. ad Alex. conſ.1.num.11.vol.3.* Harpr. *ad §.8 n.8 J. de publ. jud* ſed hi perperam. Aliud enim eſt raptus, aliud ſtuprum violentum: Raptus dicitur committi tum, quando mulier de domo patris, aut aliunde de uno loco in alium libidinis ſatiandæ gratiâ, abducitur ſtuprum verò violentum perpetratur etiam abque illâ abductione corporis de uno loco in alium. Quemadmodum latè & eleganter diſputat Hippol. *poſt Dd. in l. unica. C. de rapt. virg.* Nic. Everh. Jun.

conſ. 8. vol. 2. num. 17. Weſ. *ad* §. 8. *n.* 1. *I. de publ. jud. & in par. ff. h. t.* 22. Facit huc, quod longè gravior pœna eſt raptus, quàm violenti ſtupri. Et huc fortè oculos convertit D. Carol. V. *in conſtit. crim. art.* 118. Dum enim in d. art. in ſpecie diſponit de his, quæ honeſtas virgines vel mulieres raptas abducunt, contra parentum aut maritorum, vel etiam ipſarum mulierum voluntatem. In art. verò 119. ſeparatim agit de ſtupratoribus violentis, innuit ſanè delicta hæc diverſa eſſe & diſtincta. Unde benè inferunt Dd. quæ in raptu ſtatuuntur non habere locum in ſtupro, quamvis violento. Weſ. *in* §. 8. *num.* 1. *I. de publ. jud. & in par. ff. h. t. num.* 22. Cuman. *conſ.* 97. Hippol. *ſing.* 65. (b) *l. un. C. de rapt. virg. l. raptores virginum, l. ſi quis. C. de Epiſc. & cler.* Nihil refert, virgo ſit an nupta, vidua, ſerva, libertina, vel alia quæcunque tandem fœmina cujuscunq; ſtatus & conditionis etiam viliſſimæ, *d. l. c. un. C. de rapt. Virg. in pr. ibi:* Quarumlibet. & ibi gl. Peinl. Halßger. Ordn. art. 118. Decian. *d. tr. lib.* 8. *c.* 13. *n.* 3. Farin. *conſ.* 33. *num.* 17. Laica an ſanctimonialis. *d. l. un. N.* 143. *num.* 33. Hanc enim, ſi quis rapuerit, vel eò magis graviſſimè puniri debet, quod talis raptus vergit non tantùm in injuriam hominum, ſed etiam DEI omnipotentis irreverentiam committitur, cum corrupta virginitati reſtitui nequeat, *d. l. un. in pr. c. ſi quis rapuerit.* 77. *quæſt.* 1. *c. ſi quis non dicam.* 33. *q.* 3. Farin. *d. q.* 145. *t.* 16. §. *monialis per totum.* Decianus *lib.* 8. *cap.* 8. Hic plurimæ eæque utiles quæſtiones ſeſe offerunt, an raptus crimen committat, qui Hermaphroditum libidinis causâ rapit? Siquidem ſexus fœmineus in eo prævaluerit, magis eſt, ut hoc affirmem. At quid quæſo ſtatuendum, ſi mulier rapiat virum, quod quidem non tam frequenter evenit, eveniſſe tamen non uno in loco teſtantur Hiſtorici, nunquid crimen raptus cenſeri debeat? Et cum *d. l. un. C. de rapt. virg.* viri nullus meminerit, & in propoſito inter mulierem & virum diſcrimen ſit evidens, malo inclinare in negativam cum Decian. *in d. tr. lib.* 8. *c.* 7. *num.* 27. Damh. *in pr. crim. cap.* 95. *num.* 17. & 18. ubi teſtantur hanc eſſe communem. Clar. *in d.* §. *raptus num.* 6. Menoch. *d. l. caſ.* 191. *num.* 1. Farin. *d. q.* 145. *tit.* 16. *num.* 42. Diſſ. Anglus *in d. l. un. num.* 6. ubi dicit, ſe vidiſſe Florentiæ quandam meretricem combuſtam, quod rapuiſſet pulcrum quendam Iuvenem. Idem dixerim, ſi mulier mulierem vir virum libidinis causâ rapuerit. Decian. *d. l.* 8, *c.* 7, *num.* 28. & 29. Dixi in definitione vitæ

honeſtæ

honeſtæ mulierem, unde facilè judicium fieri poteſt, aliter ſe rem habere in inhoneſtâ. *d. l. un. & ibi Dd. C. de rapt. virg.* Decian. *d. tr. lib. 8. q. 7. num. 9 & 15.* Qui rem benè explicat. Damhoud. *d. c. 95. num. 13.* Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſione num 53 & 3. concl. 1253. num. 4.* Farin. *d. q. num. 17. & conſ. 35. num. 30.* Boſſ. *in tit. de rapt. mul. num. 9. & 10.* Ex dictis porrò colligi poteſt, cum meretrice publicâ crimen raptus non committi & quod eſt conſequens talem raptorem pœnis *in d. l. un.* conſtitutis obnoxium non eſſe, *d. l. un. ubi gl. & Dd. C. h.* Bartol. *in l. verum. n. 3. ff. de furtis.* Boſſ. *d. l. num. 1.* Covar. *3. R. 14. num. 2. & 3.* Maſcard. *d. l. lib. 3. concluſ. 1253. n. 9.* Decian. *lib. 8. c. 7. n. 9.* Boer. *deciſ. 317. num. 12.* Farin. *d. q. 145. num. 135. & ſeqq.* Unde inferunt Dd. ſi alicubi ſtatutum extet puniens pœna mortis rapientem mulierem nulla expreſſa qualitate honeſtatis, locum non habere niſi rapta fuerit honeſta. Cave tamen ſtatuas hunc raptorem ab omni pœnâ eſſe immunem. Arbitrariæ enim pœnæ judicis & extraordinariæ ſuppoſitus eſt, Et ita verior habet Dd. ſententia. Decian. *d. lib. 8. c. 7. num. 13.* Menoch. *d. caſ. 291. n. 2. & ſeqq.* Farin. *conſ. 35. n. 61. & conſil. 33. num. 22.* Diſſ. Alciat. *conſ 464. num. 2.* Clar. *5. ſentent. §. fornicatio n. 2.* (c) *d. l. un. ibi.* ſive volentibus ſive nolentibus. *C. de rapt. virg.* Hic tamen animadvertendum eſt, ſi abſoluta & modis omnibus libera voluntas ante raptum, (quæ tamen probanda eſt, quia indubio mulieris in raptu conſenſus non præſumitur, quomodo vero probetur eleganter explicat Decian. *d. l 8. c. 7. n. 22.* Far. *d. q. 145. tit. 16. n. 14.* Menoch. *d. caſ. 291.* Burſat. *conſ. 386.* Barbat. *conſ. 71. lib. 7. num. 7.*) vel in raptu intervenerit, raptum commiſſum dici non poſſe, nec talem raptorem pœnæ *l. ult. ſubeſſe.* Decian. *d. c. 7. num. 19.* idque eò magis verum eſt ſi ſimul conſenſus de contrahendo matrimonio inter raptorem & raptam interveniat. Decian. *d. l. num. 20. & c. 13. num. 40.* Damhoud. *d. c. 91. n. 10.* Quid verò ſi, licet conſentiat mulier, parentes tamen reclament? Opinarer hoc caſu, non ordinariæ raptus pœnæ locum eſſe ſed extraordinariæ cum Deciano *d. l.* ubi dicit ita in praxi obſervari. *Menoch. d. l. n. 17.* (d) Namque ſi alia de causâ puella fuerit abrepta, quàm libidinis causâ, raptus crimen non eſt. Gravett. *conſ. 18.* Maſc. *d. l. concl. 1253. n. 33. & ſeqq.* Decian. *lib. 8. c. 7. n. 36. & c. 13. n. 50.* In dubio tamen præſumitur mulier, ſi Iuvenis fuerit & ad libidinem apta, libi-

dinis indulgendæ cauſâ rapta, Maſcard. *d. l. n.* 34. Farin. *conſ.* 33. *n.* 2. Hic quæri ſolet, Utrum raptor etiam ſubjiciatur ordinariæ *d. l. un.* pœnæ, ſi non fuerit ſubſecuta raptum copula carnalis? Nonnulli hoc indefinitè negant, Boer. *deciſ.* 316. *n.* 4. Vivius *in opin. comm.* 679. *in verbis,* Rapta, ubi dicit, quod in judicando ab hac ſententiâ non ſit recedendum. Theſaur. *deciſ.* 216. *n.* 1. Cæpol. *conſ.* 56. *n.* 9. Maſcard. *d. l. n.* 35. Alii ſimpliciter affirmant, ut Bald. *in l. ſi quis. C. de Epiſ. & cler.* & alii, quos ad longum enumerat Farin. *d. l. n* 96. Quorum ſanè ſententia in moniali raptâ veriſſima eſt, *l. raptas. C. de Epiſc. & cleric. l. ſi quis. C. eod. c. ſi quis. d. ſt. 1.* Covar. *in clement. ſi furioſus. p. 2. in pr. n. 8 v. ſed in raptu.* Decian. *d. c.* 7. *n.* 34. & *c.* 8. *n.* 7. Menoch. *d. l. n.* 53. In laicâ verò mihi non diſplicet diſtinctio *gl. d. l. ſi quis. C. de Epiſc. & cler.* Decian. *d. lib.* 8. *c.* 7. *n.* 34. (e) *cap. lex iſta.* 36. *q.* 1. *l. & eum. ff. de vi publ. d l. un. C. de rapt. virg.* Confer die P. H. G. O. *d. art.* 118. Et quod abductio de loco ad locum requiratur, *ex d. l. un.* demóſtro hoc pacto: Conſtituit Imperator *in d. l. un.* quod pœnâ raptoris affici debeant etiam illi, qui rapientes in ipsâ invaſione in rapinâ comitati fuerint. Atqui apparet, comitari propriè ſignificare, quendam tractatum ſucceſſivum de loco ad locum. Fatendum igitur eſt, abductionem de loco ad locum requiri, atque ita rectè docent. Nic. Everh. Jun. *conſ* 8. *vol.* 2. *n.* 19. Moll. 3. *ſemeſt.* 7. Decian. *in d. tr. lib.* 8. *c.* 7. *n.* 31. Farin. *d. q.* 145. *c.* 16. *n.* 69. *idem conſ.* 33. *n* 1. Boſſ. *in d. t. de rapt. n.* 3. & 4. Ex hoc principio fit, ut ſi quis virginem per vim cognoſcat, eam proſtrando prius in terram & non ſeducat de loco in locum, raptum non committat, ſed tantùm ſtuprum violentum, Farin. *d. l.* Nic. Everh. Jun. *d. conſ.* 8. *n.* 19. Decian. *lib.* 8. *c.* 7. *n.* 31. Hinc quoque fit, ut raptus non committatur, etiamſi fiat qualis qualis abductio de uno loco ad alium, non tamen omninò abducendi animo, ſed gratia commodioris coitus ut ſi quis puellam de unâ camerâ ad aliam vi traduxerit, & ſuper lectum projectam cognoverit, hic enim raptum commiſiſſe dici non poteſt, Cuman. *d. conſ.* 98. Clar. *in* §. *raptus in pr.* Maſcard. Farin. Nic. Everh. Jun. Decian. *d. l.* (f) Abſque violentiâ enim fruſtrâ quæſiveris crimen raptus. Dd. ordinariè *in d. l. un. C. de rapt. virg.* Maſcard. *d. l.* violentiam porrò accipe, ſive illata fuerit armis, ſive ſine armis. Quin & ſi metus tantum violentia ſubſit, raptus violentus utique eſſet. *l. quod extat. ff. quod met. cauſ. l. pen. ff. de vi privat.* Alex. *conſ.* 103. *in pr.* Quid verò, ſi variis machinis, puta, blanditiis, perſuaſionibus, promiſſionibus, pecuniâ, aut ſimili doloſâ deceptione mu-

lier

lum fuerit inducta ad conſentiendum, ecquid vi adducta putanda eſt. Conſule Decian. *lib.8.c.7.n.6 & .7.* Farin. *d.q.145.tit.16.* Boſſ. *in tit. de rapt. virgin. n.5.* (g) *l.1. ibi: Peſſima criminum. & in fin. pr. ibi: Cum nec ab homicidÿ crimine. & §. fin. ibi: Tam deteſtabile C.h.t.l. raptores ibi: Peſſima. & §. ſi autem ibi: Tam deteſtabile C. de Epiſc. & cler.* (h) Et inter alia non poſtrema hæc ſunt, quod non tantum parentibus & conſanguineis, ſed etiam tutoribus curatoribus, patronis marito, dominis in flagranti crimine, (id quod tum fit, quando ipſam mulierem rapiebat raptor, & ſic in ipſo actu mulieris reſpectu) raptorem deprehenſum occidendi datur facultas. *d. l. un. §. ne igitur. C. de rapt.* Virgin. Decian. *d. lib. 8. c. 8.* Chirl. *d. l. q.10. n. 2.* Far. *d. l.* Diſl. Hippol. *in d. l.1. n.222.* 2. Quod raptor condemnatus appellandi beneficio deſtituitur, *l.1. §. quib. etiam appel. C. de rapt. virg.* Rauchb *p. 2. q. 8. n 9. &* 10. Farin. *d. l. n. 58.* Quamvis, ut ego quidem arbitror, de nullitate conqueri non prohibeatur, Decian. *d. l.* Remota ſiquidem appellatione, non cenſetur remota nullitatis quæſtio, ut poſt Dd. vulgò oſtendunt. Vantius *in tr. de nullitat. tit. Qui poſſint dic. de null. n.49.* Schneidw. *de F. part. 10. n. 152.* Baurmeiſter *de juriſdict. lib. 2. c. 4. n. 146.* Rol. à Vall. *conſ. 94. n. 3. lib. 1.* Vincent. Honded. *conſ. 27. n. 14. lib. 1.* Decian. *d. l. n. 15.* cum ſint duo diverſa remedia. Hæc porrò accipe de nullitate principaliter non incidenter propoſitâ, ut Vant. *d. l. rectè monet.* 3. Quod inter raptam & raptorem matrimonium contrahi non poteſt. *d. l. un.* Decian. *lib. 8. c. 6. n. 9. & c. 8. n. 3. & c. 12. n. 7.* Clar. *in d. §. raptus n. 7.* Damh. *in pr. crim. c. 95. n. 16.* Contrarium tamen placuit poſterioribus canonibus *in c. pen. & ult. Ext. de raptorib.* quod uſus paſſim recepit non tantùm in terris Eccleſiæ, ut loquuntur, ſed etiam Imperii, ſi credendum eſt Farin. *d. l.* adde Landr. *art. 37. ubi gl.* 4. Et hujuſmodi alia ſexcenta. (i) Non tantum enim ultimo ſupplicio è medio tolluntur, *l. unic. in pr. C. de rapt. virg. l. qui coitu. §. qui vacantem. ff. de vi publ. Vid.* die P. H. G. O. *art. 118.* Forſt. *in tr. de juriſd. Rom. p. 103.* Heig. Vult. Schneid. *& Dd. ad §. 8. J. hic.* Sed etiam bona ipſi ademta fœminæ raptæ applicantur, ſi laica fuerit. *d. l. un. §. 1. & 2. N. 143.* Sin verò ſanctimonialis fuerit, raptori bona equidem adimuntur, ſed ita, ut ſolus uſusfr. ad raptam redeat, proprietate ad monaſterium pertinente. *l. raptores. 54. verſ. bona autem. C. de Epiſc. & cler. c. ſi quis rapuerit. 27. q. 1.* Quod ſi ancilla vel libertina fuerit rapta, raptoris bona nullam patiuntur diminutionem. *d. l. un. §. 1.* Quod ſi ſervi hoc crimen commiſerint, concremantur. *d. l. un. §. ult.*

 Decian.

Decian. *lib. 8. c. 12. n. 1. & ſeqq.* De jure Pontif. quæ pœnæ ſint conſtitutæ in raptores, legere eſt *in c. raptor. & in c. ſtatutum. 27. q. 2. c. eos c. raptores. c. nullus. 36. q. 2.* (k) Hi enim æquè atque principales & bona amittunt & morte mulctantur. *d. l. unica. §. ſi igitur. §. etſi quidam. C. de rapt. virg.* Auxiliantes autem intellige, qui in ipsâ rapinâ & invaſione opem tulère, unde fit, ut multis modis hæc ſententia de auxiliantibus limitetur, uti videre eſt apud Chirl. *d. l. q. 10. n. 21.* Decian. *d. c. 10. per totum.* (l) Hi tamen (ſi modo ſcienter ſuſpiciant) ut & qui hujus criminis fiunt conſcii, pœnâ tantum capitis puniuntur, non amiſſionis bonorum, *d. l. un. §. pœnas. C. de rapt. virg. junct. l. 1. ff. de receptat. l. 1. C. de iis qui latron. occult.* Quibus verò modis effugere poſſit reus has pœnas, declarat eleganter Decian. *d. l. 8. c. 13.*

VII.

Tempus nunc eſt, ut ad crimen inceſtus, & Sodomiæ tranſitum faciam. Eſt autem inceſtus nihil aliud, quàm coitus inter illas perſonas factus, quibus cum ſine turpitudine, coiri non poteſt. *(a)* Qui ſi intercedat in lineâ rectâ inceſtus jurisgentium dicitur *(b)* ſin in lineâ collaterali juris civilis *(c)* ejusq; pœna ſi jurisgentium fuerit, mors eſt, *(d)* ſin juris civilis non æquè. *(e)* Sodomia verò *(f)* eſt crimen omnium delictorum carnis graviſsimum, *(g)* quo quis contra naturam vel generis *(h)* vel ſexus *(i)* vel hujus naturam quidem, aſt more præpoſtero libidinem Venere explet. *(k)* Cujus pœnam pro gravitate delicti meritò graviſsimam jura conſtituerunt. *(l)*

(a) Quorſum pertinent conſanguinei & affines. *§. 1. & 12. I. de nupt. l. 8. l. ſorores. 39. l. ſeq. l. fin. ff. de R. N. l. ſi adulterium. 38. ff. b. l. 5. ff. de quæſt. t. t. C. de inceſt. nupt. junct. N. de inceſt. nupt. c. lex illa. 33. q. 1.*

Proſp.

Bruſ, Papin. *in d. tr. q. 99. d. 16. num. 4.* Damhoud *c. 94. num.* 2. Covarr. *de ſponſal. cap. 6. p. 2. §. 8. num. 11.* Petr. Greg. *d. l. lib. 36. cap. 7.* Unde Ulp. *in fragm. inſt. q. 1.* ſi quis eam, inquit, quam non licet, uxorem duxerit, inceſtum matrimonium contrahit. (b) *l. ult. ff. de R. N. l. ult. §. ult. de condict. cauſâ dat. cauſ. non ſecuta. d. §. 1. ubi* D. Borch. Heig. & alii. *I. de nupt.* Paul. Cypræus *in tr. de ſponſal. p. 2. cap. 6. num. 1.* Bocer. *in tr. de regul. cap. 5. num. 42.* Conr. Rittersh. *2. F. 5. q. 121.* Ant. Fab. *in Juriſpr.* Papin. *lib. 9. p. 2. illat. 5.* Ipſa namque natura, ut Xenophon *lib. 3. comment.* oſtendit, ſatis dictitat, & naturalis pudor jubet, non debere nos commiſceri cum iis, qui parentum liberorumque locum invicem obtinent, Hinc conſequenter neque inter patrem & filiam, (quomodo in Geneſi Loth cum filiabus ſuis, à quibus inebriatus fuit, rem habuit,) neque avum & neptem, neque matrem & filium, neque aviam & nepotem, & ita deinceps in infinitum copula carnalis citra inceſtum intervenire poteſt in tantum, ut ſi tales perſonæ inter ſe coierint, non tantum inceſtus, ſed etiam nefarias nuptias, quia natura nefas exiſtimat de iis ſanci, contraxiſſe dicantur, *d. §. 1. I. de nupt.* Covarr. *de ſponſal. cap. 6. §. 8. num. 1.* Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 52. num. 1. & ſeqq.* Petr. Greg. *in ſyntag. lib. 3. cap. 7. num. 1. & lib. 9. c. 11. num. 1. & 3.* Heig. Vult. & Dd. *in d. §. 1. I. de nupt.* Illud nihil intereſt, ſpuria ſit vel naturalis tantum filia, an verò legitima & naturalis ſimul. *l. nihil. ff. de R. N.* Quem textum malè corrigit Anton. Fab. 1. *Juriſpr. 8. p. 2. illat. 1.* Et hoc modo accipio prohibitionem, quæ extat *in cap. 8. Levit.* Nam illos errare certum eſt, qui opinantur, illam prohibitionem ad eas tantũ perſonas pertinere, quarum fit mentio in jam *d. c.* ut doctè demonſtrat Beuſt. *in tr. de matrim. p. 2. cap. 5* 1. & poſt eum Paul. Cypr. *d. tr. p. 2. cap. 6. num. 8.* Hæc porrò res tantas in naturâ egit radices, ut & bruta nonnulla animantia, teſte Imper. *ind. N. de inceſt. nupt. cap. 12.* à talibus conjunctionibus abhorreant. Ita namque de Camelis referunt, eas non commiſceri, cum filiâ & matre, quod Ariſtot. inter ea, quæ natura miratur, numerat. Quo pertinet elegans hiſtoria, quam refert Ælian. *9. cap. 47.* Paſtorem quendam aliquando Camelum fœminam velaſſe & obtexiſſe, ne agnoſci poſſet, & filium matrem ita admiſiſſe quod cum filius comperiſſet, Camelarium ſcelerati coitus admiſſarium mordicus apprehendiſſe, & in terram projectum genibus

contun-

contundentem interfeciſſe. De aliis quoque brutis teſtantur Tiraq. *de ll. connub. n. 42. lib. 7.* Dn. Borch. *de gradib. pag. 100.* Nullo igitur modo excuſaveris barbaros illos, inter quos repono Perſas & vicinos Perſis populos, ut: Medos, Mauros, Æthiopes & Arabes & hujuſmodi ſimiles, in quibus & natus genetrici & nata parenti jungitur. Quemadmodum autem ob conſanguinitatem, ita quoq; affinitatis veneratione nec cum illis perſonis, quæ vel affinitatis ratione parentum liberorumque vicem repræſentant coitus licitus eſt. *§. Affinitatis. J. de nupt. l. ult. §. ult. ff. de condict. cauſ. dat.* Quare nec vitricus cum privignâ nec noverca cum privigno, ſocer cum ſocru, gener cum nuru, & ita deinceps inter ſe carnaliter congredi poſſunt. *l. non facilè. § nomine. ff. de gradib. §. affinitatis.* ubi interpp. *J. de nupt. l. ſi adult. ff. h. t. §. ſocrum Inſt. de nupt. l. ult. ff. de condict. cauſ. dat.* Barn. Briſſ. *de jure connub pag. 33. & ſeq.* Chirl. *d. tr. q. 3. n. 5.* Menoch. *d. l. caſ. 502. n. 1. & ſeqq.* Beuſt. *in tr. de matrim. c. 51.* Cipræ. *in d. tr. p. 2. c. 7. §. 2. n. 1.* Farin. *d. tr. q. 199. t. 16. n. 66. & ſeqq.* Hoc loco elegans occurrit quæſtio, utrum vitricus privigni ſui relictam viduam citra crimen inceſtus ducere poſſit? De jure civili certum eſt, eam duci non poſſe. *l. 14. §. 4. ff. de R. N.* De jure Can. res non caret dubio. Cujac. enim *in rubr. & c. 5. de conſang. & affin.* & poſt eum D. Beuſt. *in d. tr. c. 53.* exiſtimant, cum Innocentius III. Pontifex prohibitionem nuptiarum, quæ antea ſecundo & tertio affinitatis genere dependebat, è medio ſuſtulerit. *c. pen. Ext. de conſang. & aff.* Privigni verò vidua in ſecundo affinitatis genere ſit conſtituta, hodiè de jure Canon. privigni viduam duci poſſe, Quæ ſententia teſte Beuſth. *d. l.* in conſiſtoriis non ſemel obtinuit. Ego tamen dixerim, inter jus Canon. & jus civile, quoad hanc rem nihil diſcriminis eſſe. Vid Alber. Gent. *tr. de nupt. tit. 5. c. 12.* Illud parum refert, utrum affinitas ex legitimo matrimonio deſcendat, an ex quovis etiam improbato coitu? Opinamur enim, affinitatem etiam ex illicito coitu contrahi quoad hunc effectum, ut nuptiæ ob eam contrahi non poſſint, & ſi tali affinitate junctæ perſonæ inter ſe cojerint, inceſtum committi *c. 5. & 6. Ext. qui cognov. conſang.* Coraſ. *1. miſcel. 3.* Covar. *d. c. 6. §. 7.* Beza *in tr. de divort. pag. 63.* Alber. Gent. *lib. 5. c. 12.* Cipræ *d. c. 6. §. 2.* Rauchb. *p. 2. q. 13.* Cum & ſervilis ſit affinitas, *l. 14. §. 3. ff. de R. N.* licet contra putet Anton. Fab. *1. I. P. pr. 6. ill. 1.* Et huic ſententiæ præter dictos accedunt Heig. *in d. §. affinitatis. n. 6. J. de nupt.* Palæot. *in tr. de ſpur. c. 7.* Farin. *d. q. 199. t. 16.* Diſſ. inter alios Treutl. *vol. 2. diſp. 6. th 3. lit. D.* Quia jus, inquit, ex facto

injuſto

injuſto oriri non poteſt, Atqui liceat mihi eâdem ratione colligere. E.
Nec cognationis jus inde oritur, quod utiq; falſum. Diſſ. aliter Theſaur.
*deciſ.*110.*n.*7.Boſſ.*in t.de coit.damn.n.*73. Hinc rectè refertur, ſi pater & fi-
lius unam eandemque fœminam, ſi quis duas ſorores, vel duo fratres
eandem fœminam carnaliter cognoverint, inceſtum eſſe coitũ, Chirl.
*d.tr.q.*4.*n.*1.Farin.*in d.q.*199.*t.*16.*n.* 103. *& ſeqq.* Cæterum ubi ſola civi-
lis ratio quaſdam perſonas parentum, liberorumq; loco habet, inceſtus
non committitur, veluti ſi adoptivus pater cum adoptivâ filiâ ſeſe com-
miſcuiſſet, vel frater adoptivus cum ſorore adoptivâ, vinculo patriæ po-
teſtatis durante. Nuptias quidem hoc caſu inutiles eſſe rectè dixeris, at
inceſtę non ſunt, *d.l.fin.ff.de condict.cauſ.dat.eâ non ſer.l.ſororis.* 53. *l. fin.*
*ff.de R.N.*Farin.*d.l.n.*45.*gl.in l.*1. *C. de inceſt.nupt.* (c) *l. ult.ff. de R. N.l ſi*
*ſtipulor.*35.§.1 *ff.de V.O.l.ſi adulter.*38.§.1. *&* 2.*ff. ad l. Jul. de adult. Levit.*
18.D.Borch.*in tr.de gradib.pag.*111. Cunr.Rittersh.*2.F.*5. *q.*122. Bocer. *in*
*tr. de regal.c.*3.*n.*55. Sixtin. *in tr.de regal.lib.*2.*c.*11.*n.* 7. Hinc igitur ſuâ
ſponte fluit, inter fratrem & ſororem conjunctionem eſſe prohibitam,
ſive ab eodem patre eâdemq; matre ſint progeniti, ſive ab alterutro eo-
rum, & ſi contra fecerint, inceſtum commiſiſſe dicuntur. *l. ſororis. ff. de*
*R N.§.inter eas & ibi Dd.I.de nupt.l.*39.§.1.*de V.O.*Levitic.18.*v.*9.*& c.*20.
*v.*11.*&* 17. Sed utrum hoc caſu inceſtus jure gentium cenſeatur com-
miſſus, an juris civilis valdè controvertitur? Inceſtum juris civilis eſſe,
dictis noſtris videtur conſequens, & ita in ſpecie docent Weſ. *ad §.inter*
*eas.I.de nupt.*Eguin.Baro *in d.t.*Cujac.*in parat.de R.N.&* 16. *obſ.*37. The-
ſaur.*deciſ.* 100. ſed ab his rectè recedunt Cujac. ſibi ipſi contrarius *in N.*
12 Covar.*de matrim.p.*2.*c.*6.§.10.*&* 19. Menoch. *de arbit.jud. quæſt.lib.* 2.
*cent.*6.*caſ.*502.*n.*14. Alber. Gent.5.*de nupt.*8.*p.*125. Cipr.*de ſponſal.p.* 2.§.
2.*c.* 6.*n.* 13. Quia contra naturam in unam carnem per matrimonium,
conjunguntur quos natura per nativitatem de unâ carne duos fecit.
Hæc verò lex, quamvis naturæ ſatis ſit implantata, à coitu ſc. ſororis ab-
ſtinendum eſſe. Plures tamen legimus fuiſſe, qui invitâ naturâ ſe ſuamq;
famam hac turpitudine fœdarunt. Nam Ægyptios, Lacedæmonios,
Parthos, Athenienſes, ſororum amoribus delectari, & cum his paſſim
matrimonia inire ſolitos fuiſſe, ex Herodoto, Dione & Platone con-
ſtat. Sanè de Cambyſe Herodotus narrat, cùm ſororem ſibi in matri-
monium aſſociare propoſuiſſet, eum Conſiliarios iviſſe conſultum, hoc-
cine ſibi liceret? Qui conſulti reſponderunt, ſe nullam quidem legẽ re-

contundentem interfeciſſe. De aliis quoque brutis teſtantur Tiraq. *de ll. connub. n. 42. lib. 7.* Dn. Borch. *de gradib. pag. 100.* Nullo igitur modo excuſaveris barbaros illos, inter quos repono Perſas & vicinos Perſis populos, ut: Medos, Mauros, Æthiopes & Arabes & hujuſmodi ſimiles, in quibus & natus genetrici & nata parenti jungitur. Quemadmodum autem ob conſanguinitatem, ita quoq; affinitatis veneratione nec cum illis perſonis, quæ vel affinitatis ratione parentum liberorumq́ue vicem repræſentant coitus licitus eſt. *§. Affinitatis. J de nupt. l. ult. §. ult. ff. de condict. cauſ. dat.* Quare nec vitricus cum privignâ nec noverca cum privigno, ſocer cum ſocru, gener cum nuru, & ita deinceps inter ſe carnaliter congredi poſſunt. *l. non facilè. § nomine. ff. de gradib. §. affinitatis.* ubi interpp. *J. de nupt. l. ſi adult. ff. h. t. § ſocrum Inſt. de nupt. l. ult. ff. de condict. cauſ. dat.* Barn. Briſſ. *de jure connub pag. 33. & ſeq.* Chirl. *d. tr. q. 3. n. 5.* Menoch. *d. l. caſ. 502. n. 1. & ſeqq.* Beuſt. *in tr. de matrim. c. 51.* Ciprae. *in d. tr. p. 2. c. 7. §. 2. n. 1.* Farin. *d. tr. q. 199. t. 16. n. 66. & ſeqq.* Hoc loco elegans occurrit quæſtio, utrum vitricus privigni ſui relictam viduam citra crimen inceſtus ducere poſſit? De jure civili certum eſt, eam duci non poſſe. *l. 14. §. 4 ff. de R. N.* De jure Can. res non caret dubio. Cujac. enim *in rubr. & c. 5. de conſang. & affin.* & poſt eum D. Beuſt. *in d. tr. c. 53.* exiſtimant, cum Innocentius III. Pontifex prohibitionem nuptiarum, quæ antea ſecundo & tertio affinitatis genere dependebat, è medio ſuſtulerit. *c. pen. Ext. de conſang. & aff.* Privigni verò vidua in ſecundo affinitatis genere ſit conſtituta, hodiè de jure Canon. privigni viduam duci poſſe, Quæ ſententia teſte Beuſth. *d. l.* in conſiſtoriis non ſemel obtinuit. Ego tamen dixerim, inter jus Canon. & jus civile, quoad hanc rem nihil diſcriminis eſſe. Vid Alber. Gent. *tr. de nupt. tit. 5. c. 12.* Illud parum refert, utrum affinitas ex legitimo matrimonio deſcendat, an ex quovis etiam improbato coitu? Opinamur enim, affinitatem etiam ex illicito coitu contrahi quoad hunc effectum, ut nuptiæ ob eam contrahi non poſſint, & ſi tali affinitate junctæ perſonæ inter ſe cojerint, inceſtum committi *c. 5. & 6. Ext. qui cognov. conſang.* Coraſ. *1. miſcel. 3.* Covar. *d. c. 6. §. 7.* Beza *in tr. de divort. pag. 63.* Alber. Gent. *lib. 5. c. 12.* Ciprae *d. c. 6. §. 2.* Rauchb. *p. 2. q. 13.* Cum & ſervilis ſit affinitas, *l. 14. §. 3. ff. de R. N.* licet contra putet Anton. Fab. *1. I. P. pr. 6. ill. 1.* Et huic ſententiæ præter dictos accedunt Heig. *in d. §. affinitatis. n. 6. J. de nupt.* Palæot. *in tr. de ſpur. c. 7.* Farin. *d. q. 199. t. 16.* Diſſ. inter alios Treutl. *vol. 2. diſp. 6. th 3. lit. D.* Quia jus, inquit, ex facto

injuſto

injuſto oriri non poteſt, Atqui liceat mihi eâdem ratione colligere. E. Nec cognationis jus inde oritur, quod utiq; falſum. Diſſ. aliter Theſaur. *deciſ.* 110.*n.*7.Boſſ.*in t.de coit.damn.n.*73. Hinc rectè refertur, ſi pater & filius unam eandemque fœminam, ſi quis duas ſorores, vel duo fratres eandem fœminam carnaliter cognoverint, inceſtum eſſe coitũ, Chirl. *d.tr.q.*4.*n.*1.Farin.*in d.q.*199.*t.*16.*n.* 103. *& ſeqq.* Cæterum ubi ſola civilis ratio quaſdam perſonas parentum, liberorumq; loco habet, inceſtus non committitur, veluti ſi adoptivus pater cum adoptivâ filiâ ſeſe commiſcuiſſet, vel frater adoptivus cum ſorore adoptivâ, vinculo patriæ poteſtatis durante. Nuptias quidem hoc caſu inutiles eſſe rectè dixeris, at inceſtę non ſunt, *d.l.fin.ff.de condict.cauſ.dat.eâ non ſer.l.ſororis.* 53. *l. fin. ff.de R.N.*Farin.*d.l.n.*45.*gl.in l.*1. *C. de inceſt.nupt.* (c) *l. ult.ff. de R. N.l.ſi ſtipulor.*35.*§.*1 *ff.de V.O.l.ſi adulter.*38.§.1. *&* 2.*ff. ad l. Jul. de adult. Levit.* 18.D.Borch.*in tr.de gradib.pag.*111. Cunr.Rittersh.2.*F.*5. *q.*122. Bocer. *in tr. de regal. c.*3.*n.*55. Sixtin. *in tr.de regal.lib.*2.*c.*11. *n.*7. Hinc igitur ſuâ ſponte fluit, inter fratrem & ſororem conjunctionem eſſe prohibitam, ſive ab eodem patre eâdemq; matre ſint progeniti, ſive ab alterutro eorum, & ſi contra fecerint, inceſtum commiſiſſe dicuntur. *l.ſororis.ff. de R. N.§.inter eas & ibi Dd.I.de nupt.l.*39.§.1.*de V.O.*Levitic.18.*v.*9.*& c.*20. *v.*11.*&* 17. Sed utrum hoc caſu inceſtus jure gentium cenſeatur commiſſus, an juris civilis valdè controvertitur? Inceſtum juris civilis eſſe, dictis noſtris videtur conſequens, & ita in ſpeciẹ docent Weſ. *ad §.inter eas I.de nupt.*Eguin.Baro *in d.t.*Cujac.*in parat.de R.N.&* 16. *obſ.*37. Theſaur.*deciſ.* 100. ſed ab his rectè recedunt Cujac. ſibi ipſi contrarius *in N.* 12. Covar.*de matrim.p.*2.*c.*6.§.10. *&* 19. Menoch. *de arbit.jud. quæſt.lib.* 2. *cent.*6.*caſ.* 502.*n.*14. Alber. Gent.5.*de nupt.*8.*p.*125. Cipr.*de ſponſal.p.* 2.*§.* 2.*c.* 6. *n.* 13. Quia contra naturam in unam carnem per matrimonium, conjunguntur quos natura per nativitatem de unâ carne duos fecit. Hæc verò lex, quamvis naturæ ſatis ſit implantata, á coitu ſc. ſororis abſtinendum eſſe. Plures tamen legimus fuiſſe, qui invitâ naturâ ſe ſuamq; famam hac turpitudine fœdarunt. Nam Ægyptios, Lacedæmonios, Parthos, Athenienſes, ſororum amoribus delectari, & cum his paſſim matrimonia inire ſolitos fuiſſe, ex Herodoto, Dione & Platone conſtat. Sanè de Cambyſe Herodotus narrat, cùm ſororem ſibi in matrimonium aſſociare propoſuiſſet, eum Conſiliarios iviſſe conſultum, hoccine ſibi liceret? Qui conſulti reſponderunt, ſe nullam quidem legẽ re-

F perire,

perire, quæ permittat conjugia inter fratrem & ſororem: Sed aliam ſe legem inveniſſe, quæ Regi Perſarum concedat licentiam faciendi quicquid velit. Turpiſſima ſanè reſponſio, ſed fortè ſatis tuta. Nec objeceris, Adami filios filiasve nuptias contraxiſſe legitimas & Deo placentes, tantum abeſt, ut inceſtum commiſerunt. Namq; audiamus hîc Auguſtinum, cujus verba referuntur *in c. '. cā, 35. q. 5.* Qui, quantò, inquit, illud eſt antiquius compellente neceſſitate, tantò damnabilius prohibente religione. Plura exempla, ubi inter fratres & ſorores matrimoniū fuit contractum, ſcire volentem remitto ad Barn. Briſſ *de jur. conn p 228.* Cipræ *de jure connub. lib. 2. c. 6. §. 2. n. 14.* Beuſth. *de matrim. c. 51.* D. Borch. *de gradib p. 111.* Plane per adoptionem ſororem factam ſi quis duxerit vel rem cum eâ habuerit, inceſtus reum non eſſe ex præcedentibus conſtat. Hunc porrò inceſtum & frater & filia fratris, & ita deinceps inter ſe committunt. *l. nemini. C. de nupt. l. ult. C. de inceſt. nupt. § fratres I. de nupt. l. 36. ff. de R. N.* Theſſaur. *deciſ. 100. n. 2.* Damh. *c. 94.* Menoch. *d. caſ 502. n. 16.* Non tamen deſunt, qui fratris filias in uxores duxerunt, quomodo Claudius Imp: Agrippinę Germani fratris ſui filiam, Domitianus Imp. Titii fratris filiam in uxorem ſibi ſumſerunt. Vid. Tacit. *lib. 12.* Plin. *lib. 4. Epiſt.* Ciprę *d. c. 7. § 2. n. 17.* Et hæc non tantum in tranſverſalibus inferioris ordinis, ſed etiam ſuperioris procedunt. Hinc nec amitam, nec materteram, item amitam magnam & materteram magnam ſine inceſtu ducere poſſumus, *§. item amitam. J. de nupt l. 14. §. amitam. ff. d. R. N. l. nemini C. de nupt.* Barn. Briſſ. *de jur. conn. p. 299.* Farin. *d. q. 199. t. 16. num. 91.* Menoch. *d. l. lib. 2. caſ. 52. num 18.* Affinitatis quoque intuitû in lineâ collaterali à quorundam conjunctionibus removemur, unde frater cum fratris uxore ſine inceſtu coire non poteſt, nec poteſt unus idemque quoquo modo matrimonio diſſoluto duas uxores ducere *l. nemini C. de nupt. l. fratris. C. de inceſt. nupt. l. pen. §. ult. C. eod.* Connan. *8. comm: 5. num. 6.* Heig. *ad §. affinitatis. J. de nupt.* Barn. Briſſ. *d. l. p. mihi. 283.* Cipræ. *d l. p. 2. cap. 6. §. 2.* ubi latè refert perſonas, quibuſcum affinitatis ratione congredi non poſſumus. Beuſth. *in tr. de matrim. cap. 51.* Chirl. *in d. tr. q. 3. num. 2 & 5* Farin. *d l. num. 94.* Quanquam in Romanam hiſtoriam inquirenti hujuſmodi conjunctionum exempla occurrant plurima, Lucius enim Tarquin. cui ſuperbi cognomen fuit, Tulliam minorem natu, quæ Aremanti fratri nupſerat, in uxorem duxit.

duxit. Halicarnaſſ *lib.* 4. Quod & de M. Craſſo Plutarchus in ejus vitâ ſcripſit, Honorius quoque Imperator duas Stiliconis filias unam poſt alteram in matrimonio habuiſſe fertur. Sed quàm infelix, (ut ferè fit) matrimonia hæc fuerit ſubſecutus exitus, hiſtoriæ non uno in loco narrant. At dixeris; *Levit.* 18. dicit Jehova: Sororem uxoris tuæ impellicatam non accipies, nec revelabis ejus turpitudinem adhuc illâ vivente, unde à contrario ſenſu, quod in jure fortiſſimum eſt, teſte Papinian. *in l.* 1 *ff. de offic. ejus &c.* eâ mortua ducere licebit? Ego verò reſpondeo *ex cap.* 10. *ead.* DEUM Ter Optim. Maxim. duo mala in hac copulatione notaſſe, unum tacitè, alterum expreſsè, Tacitè ex antecedentibus & conſequentibus eam prohibitionis ſtatuit turpitudinem, cum ſoror uxoris tuæ ſit caro, ſicuti caro ſororis matris tuæ, ipſius etiam caro dicetur. Alterum, quod expreſsè indicat, eſt odium & rixarum materia. Quanquam ergò poſtrema hæc ratio in caſu ſupra dicto ceſſet, altera tamen non ceſſat. Tralatitium autem eſt, unâ ratione ceſſante non ſtatim ceſſare alteram, ut notant Heig. D. Joh. Borch. & Dd. *in §. affinitat. J. de nupt.* Illud in quæſtionem hic venit, utrum quis relictam viduam defuncti fratris defunctæ uxoris ſuæ in matrimonium ducere ſine inceſtu poſſit? Ob einer ſeines Verſtorbenen Weibes Brudern Wittwen zur Ehe nehmen möge? Affirmativa mihi valdè placet, *arg. c. non debet. Ext. de conſanguin. & affin* Beuſth. *in d. tract. cap* 55 Covarr. *de matrimon. cap. 6. pag. 2. num.* 9. (d) *l. miles. §. item qui militnm. ff. ad l. Jul. de adulter. arg. l.* 38. §. 3 *ff. eod.* & hoc quoque jure divino eſt comprobatum. *Levit.* 18. *&* 19. *Deut.* 29. Thoming. *deciſ.* 42. Chirl. *in d. tr. quæſt. 2 num. 9.* Damhoud. *in pr. crim cap.* 94. niſi fortè circumſtantiæ diverſum ſuadeant. Fichard. *conſ.* 65. *vol.* 1. *num.* 2. Beuſth. *d. l. c.* 36. Confer die Peinl. Halßger. Ordn. *Carol. V. tit.* Von Straff der Unkenſchheit mit nahegeſipten Freunden. Menoch. *d. l. n.* 34. *& ſeqq* Bajard. ad Clar. *in § inceſtus num.* 4 Theſſaur. *deciſ.* 100. *num.* 4. Boſſ. *in t. de damn. coit. num,* 3. Heig. *ad § pen J. de nupt. num.* 9. Covarr. *d. c.* 6. *§.* 8. *num.* 2. Atque ita hanc ſententiam Sereniſſ. Elector. Auguſtus auguſtæ memoriæ comprobavit, *p.* 4. *conſt.* 21. *& conſt.* 23. *& ſeq.* Et locum habet hæc pœna non in maribus tantum, ſed etiam fœminis. *l.* 38. §. 4 *ff. h. t.* Quod tamen hodiè mutatum creditur per *Auth. ſed hodie. Cod. ad l. Iul. de adulter.* Thoming. Chirl. *d. l.*

 Quibus

Quibus contradicunt Fichard. *vol.1.conſ.65.n.2.* Non operam mihi ludere videntur illi, qui diſtinctione litem componunt. Vid. Farin. *in d. tr. q.119. tit.16.n.26.* Quod ſi porrò inceſtus cum matrimonio fuerit conjunctus, nō mortis pœna, ſed levior aliqua infligitur, Honeſtiores enim cingulo h.e. dignitate exuuntur, & in exilium mittuntur. Humiliores verò etiam cum inflictione verberum puniuntur. *N.12. §. ſancimus. & Auth. inceſtus. C. de inceſt. nupt.* Sixtin. *in tr. de regal. lib.2.c.11.n.28.* Theſau. *deciſ.100.n.3.* Petr. Greg. *in ſynt. lib.36.c.7.n.2.* Bocer. *de regal. c.3.n.58.* Quamvis etiam hoc in caſu aliud viſum fuerit Electori inclito *dd. conſtitut.* Vid. Cipræ *de matrim. p.2. c.6.* §.1.n.11. Sed & alias pœnas inceſto coitu & nuptiis ſe commaculantes ſuſtinent. Matrimonium enim ipſo jure nullum eſt, & conſequenter ejus nec effectus juris, nec legitima adjuncta dari poſſunt. Effectus matrimonii ſunt viri ſeu mariti & uxoris jus & nomen, ſunt juſti liberi, & in liberos patria poteſtas, adjuncta verò, ipſum matrimonii nomen, dos, donatio propter nuptias, quæ ſine matrimonio juſto eſſe nequeunt. Sequitur ergò, Conjunctionem cum inceſtu conjunctam neque matrimonii nomen mereri, liberos ex eâ natos juſtos non eſſe, nec in poteſtate patriâ nullum hic viri & uxoris nomen, nullam dotem ſubeſſe. *§. ſi adverſus ea, & ibi Dd. I. de nupt. junct. princ. I. de patr poteſt. l. ſi quis inceſtu. C. de inceſt. nupt. l. inceſta. ff. de R. N.* Liberi quoque ex hoc coitu nati pœnâ non levi propter odium, quo digni ſunt, parentum, afficiuntur. Nam quæ nec naturalium quidem nomen merentur, *N.74. N.89. Auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.* ſive in teſtamentis eorum mentio injiciatur, ſive in contractibus, ut tradunt *Dd. in l. ex facto. §. ſi quis. ff. ad SC. Trebell.* nec matri patrive nec cognatis eorum ſuccedunt. *l. ſi quis 6. & Auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt. N.12. c.1. N.74. c. ult. N.89. c. ult. c. referente. 10. Ext. qui filij ſint legit.* Forſt. *6. de ſucceſſ. 50. concl.5.* Fachin. *6. cōtr.10.* Socin. Iun. *vol.1 conſ.69 n.4.* Menoch. *d.l.n.60. & ſeqq.* Bald. *conſil.267.n.10. lib.1.* Farin. *d.q.199.n.137.* Diſſ. Cuj. *in N.18.* Aliter Covar. *de matrim. p.2.c.8.§.5.n.26.* Quomodo nec ex cōtrario parentes poſſunt liberis ſuccedere. Forſt. *d.l.n.10. & 11.* Mynſ. *3. obſ. 91.* ubi dicit: ita in Cam. Imp. cōtra Nic. de Ubald. eſſe deciſum. Sixtin. *2. de regal. 11. n.25.* Quin tanto odio leges hos liberos proſequuntur, ut nolint, eos quicquam ſive ex donatione inter vivos ſive ex ult. voluntate, ſive per ſe, ſive mediatè per tertium ſibi acquirere poſſe. *d. l. ſi quis. 6. C. de inceſt. nupt.* Cravet. Forſt. Menoch. *d.l.* alimentaque iis denegent. *d.*

Auth.

Auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt. N.189. §. fin. N.74. N.89. c. fin. Nam & in l. XII. Tab. ita ſcriptum fuiſſe teſtatur Palæot. *in d. tr. c. 46. n. 1.* E meretrice natum pater ne alito. Quod etiam apud Athen. Solonis lege cautum fuiſſe teſtis eſt Plutarch. in vitâ Solonis. Quem tamen juris rigorem jus Canonicum mitigaſſe Dd. frequentius concludunt, *per c. cum haberet. Ext. de eo qui dux. in matrim.* Et hæc ſententia ſanè ſummæ æquitatis eſt? Heig. *ad §. pen. I. de nupt. n. 11. & ad tit. de ſucceſ. ab inteſt. c. 5. n. 150.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *q. 10. n. 5.* Forſt. *d. c. 50.* Mantica *de conjunct. ult. volunt. lib.* 8. *t. 5. n.* 12. Gail. 2. *obſ. 88. n. 4.* ubi teſtatur de comm. Sixtin. *d. c. 11. n. 2.* Farin. *d. l. n.* 138. Beuſth. *de matrim. c. 63.* ubi dicit, Secundum hanc ſententiam in Conſiſtoriis Sax. pronunciari, cum hac limitatione, niſi aliunde habuerint unde vivant, vel ſaltèm honeſtè acquirere poſſint. *arg. c. cum ceſſante. Ext. de appel.* Gail. *d. l. n. 9.* Hart. Hartmanni. *pract. obſ. t. 37. lib. 2. n. 7.* Sed de jure Canon. quidem alimenta ex tali coitu natis deberi ſcribunt Gregor. Lopez. *in animadv. jur. civ. c. 42.* & Cujac. *conſult. 2.* Qui rationibus non deſtituuntur. Bona quoque contrahentium inceſtas nuptias ipſo jure ſtatim ad liberos ex priori forté matrimonio legitimo procreatos, (qui tamen parentes alere tenentur. Nam ut eleganter Juſtin. *in N. 12. c. 1.* inquit: Licet legum ſint contemtores, tamen parētes ſunt.) vel iis deficientibus, ad fiſcum devolvuntur. *d. N. 12. c. 1. ibi: Mox ei,* & paulò poſt: *Sed omnia ærario aſſign. & c. 2. verſ. ſi vero, ibi: mox illi accipiant. N.* 154. Peregr. *de jure fiſci. lib. 1. t. 5. n. 16.* Covarr. *lib. 4. p. 2. c. 6. n. 6.* Rauchb. *p. 2. q. 30. n. 53.* Beuſt. *de matrim. c. 63.* Sixtin. *de regal.* 2. *c. 11. n. 36.* Heig. *ad §. 11. I. de nupt.* Theſaur. *d. deciſ. 100.* Vincent. de Franc. *deciſ. 378.* Vigel. *ad conſtit. Car. V. ſect.* 12. *n.* 238. Roſent. *10. F. 37. n. 5. & 10. F. 35. n. 74.* Wurmbs. *lib. 1. t. 50. obſ. 3. n. 3.* Mynſ. *obſ. 77. cent. 6. n.* 2. Illud neſcio an verum ſit, poſt *d. N. 12. c. 1.* aſcendentes & collaterales nonnullos fiſco præponit? Bocer. *in tr. de regal. c. 3. n. 53.* Vid. *d. N. 12. c. 1. & 2.* Quid verò, poteritne maritus uxori dotem repetenti objicere jus fiſco competens? Nequaquam. Ius enim tertii regulariter neque ad excipiendum neque ad agendum prodeſt. Vid. Covar. *de ſponſ. p. 2. c. 6. §. 8. n. 23.* ubi dicit: Hanc eſſe celebratiſſimam, Rauchb. *d. l. n. 60.* Sic Vaſallus, ſi inceſtū commiſerit, feudo ipſo jure declaratoriâ tamē accedente cadit, Roſen. *d. l.* Menoch. *lib. 6. conſ.* 534. Rittersh. 2. *F. 5. q.* 120. D. Borch. *de F. 8. n. 105.* Vult. *d. F. 11. n. 36.* Schöner. *diſp. 10. th. 74.* Cujac. 2. *F. 1.* Farin. *d. q. 199. n. 135.* Schrad. *de F. p. 9. c. 3. nu.* adeò, ut quamvis Papa poſtea diſpenſaſſet de matrimo-

trimo-

trimonio, propterea tamen non reciperetur feudum. Roſenth. 14. F. 37. n. 2. Illud quæſtionis eſt non inelegantis, utrum vaſallus civiliter & principaliter ad privationem feudi, etiamſi criminaliter inceſtus damnatus & bona publicata non fuerint, conveniri poſſit, id quod aff r.nare tentabo Haſce tamen pœnas nõ extenderim ad nuptias inutiles. Diſſ *gl. ad Auth. inceſtus. C. de inceſt. nupt.* non ad nuptias jure Canonico ob gradus ab eo prohibitos inceſtas. Roſenth. *10. F. 31. lit. C.* Peregr. *d. lib. 5. t. 1. n.* 16. Cujac. *in N. 12.* Clar. *in § inceſtus. n. 3.* Et hanc ſententiam ſæpius in judicio ſupremo Camer. eſſe comprobatam teſtis eſt Gilmata. *rerum judic. lib. 1. deciſ. 19. n. 59. & ſeqq.* Diſſ. Covarr. *de ſponſal. p. 2. c. 6.* § 8. *n. 8.* ubi dicit, hanc eſſe communem, non ad ſponſalia. Beuſt. *de matrim. c. 64.* Schneid. *ad t. de nupt. p. 3 n. 17.* Clar. *in d. § inceſtus. num. 9.* Aliud tamen obtinere dicam in ſponſalibus de præſenti, ut vocant, etiamſi copula carnalis fuerit nec dum conſecuta. Diſſ. Canon. *in c. etſi neceſſe. Ext. de don. inter vir. & uxor.* Peregr. *d. l. n.* 17. Rauchb. *d. q. 30. num. 58.* Elegantem hîc appono controverſiam, utrum juri, quod eſt *in d. N. 12.* de publicatione bonorum inceſtas nuptias contrahẽtium *per N. 134. c. ult.* ſit derogatum? Negant hoc Dd. magis communiter *in d. N. & Auth. bona. C. de bon. proſcript.* Decian. *conſ. 56. lib. 2. n. 64* Peregr. *d l. n. 8.* Sixtin. *2. R. 11 num. 40.* Rauchb. *p. 2. q. 30. n. 54.* Cujac. *in N. 12. & N. 134.* Quibus accedo. Diſſ. Theſaur *deciſ. 100. n. 5.* ubi dicit: Ita aliquando in Senatu Pedemont. eſſe judicatum. De pœnis inceſtus plus ſatis diximus. Illud attingemus, quomodo ob ignorantiam inceſtum committentes mereantur excuſationem? Et ſanè ob ignorantiam & errorem facti ſi juſtus ſit & probabilis, tàm mas quàm fœmina excuſatur, iis enim tantum tantæ pœnæ ſunt præſtitutæ, qui ſcienter contumaciâ juris & ſanguinis contumeliâ inceſtum committunt *d. N. 12. c. 1. l. qui contra. C. de inceſt. nupt. c. fornicatus eſt cá. 34. q. 2.* Clar. *d. l. n. 10. gl. in Clement. 1. in verbis. ſcientes &c. de conſang. & affin.* Rauchb. *p. 2. q. 30. n. 56.* Sixtin. *2. R. 11. num. 68.* Farin. *d. l. n. 161.* Quæ quidem ignorantia præſumitur, *l. verius. ff. de probat. §. quod autem, J. de legat.* Caſtillio *contr. quotid. jur p. 2. c. 11. n. 7.* Honded. *conſ. 87. num. 11. lib. 1.* Peregr. *de fideicom. art. 24. num. 67.* Et ſi res expoſtulet, juramento ea probari poteſt. Vid. Gilman. *rer. judicat. lib. 1. deciſ. 19. n. 67.* Gail. *2. obſ. 48. num. 23.* Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. caſ. 186. n. 2. & 3.* Ignorantia verò juris ſive gentium ſive civilis marem non excuſat, niſi velis hactenus eum excuſari, ut pœna ei

m.ti-

mitigetur. *N. 12. §. ſancimus. l. 38. §. ſtuprum. ff. ad l. Jul. de adult.* Farin. *d. q. num. 163.* Mynſing. *ad §. item lex Iulia. I. de publ. jud.* Confer Sixtin. *d. tit. n. 71.* Diſſent. vide apud Farin. *d. l.* Fœmina verò propter ignorantiam juris civilis non autem gentium, excuſationem habet. Iis enim juris ignorantia in damnis & diſpendiis prodeſt. *l fin. C. de jur. & fact. ignor. l. 4 C. de in integr. reſtit.* Farin. *in d. tr. n. 172.* Damhond. *c. 94.* Gilhaus. *in arbore judic. crimin. c. 2. tit. 24. num. 3.* Sixt. *d. l. n. 81.* Quæ ignorantia non præſumitur, ſi non palàm ſed clàm matrimonium fuerit contractum. *l. fin. ff. d. R N.* Gl. *in l. ſi adulterium. §. ſtuprum. ff ad l. Iul. de adult. c. fin. §. ſi quis. Ext. de clandeſt. deſponſ.* Roman. *conſ. 506. n. 5.* Caſtil. *d. c. 11. n. 8.* Menoch. *de præſumt. præſumt. 77. num. 4.* Honded. item Peregr. *dd. ll.* (e) Sed levior, puta, fuſtigatio vel alia pœna, ſi conjunctio in adulterium non deſierit, *arg. l. fin. ff. de R. N. l. 5. ff. de quæſtion.* Thoming. *deciſ. 42. n. 1. & ſeqq.* Damhoud. *d. c. 94.* Weſ. *ad §. 4. I. de publ. jud.* Adde *conſtit. D Auguſti 22.* ubi dicitur: Die Perſohnen / ſo einander ſeitwarts im erſten oder andern Glied in gleicher Linien verwandt / oder die im Moſe Levit. 18. genennet werden / wann dieſelben nicht aller ding in der Ehe ſind / und Blutſchande mit einander begehen / ſollen beyde mit Staupſchlagen unſerer Lande ewig verwieſen werden / ꝛc. (f) Vel peccatum Sodomiticum, quod inde ſic dictum putatur, quod à Sodomis hoc crimen traxerit originem, ut teſtatur ſacra pagina, quodque propter hoc grande crimen igni cœleſti & ſulphure ipſi Sodomitæ abſumti perierint, Damhoud. *d. l. c. 69. n. 3.* (g) Vid. Damhoud. *d. l. n. 1.* Farin. *d. q. 147. t. 16. num. 5.* ubi de gravitatibus delicti multa diſſerunt. (h) Ut ſi homo cum bruto animanti ſeſe carnaliter commiſcuerit, *Levit. 18. Exod. 22. c. mulier. 15 q. 1. P. H. G. O. Carol. V. art. 116.* Menoch. *de arbit. jud. q. lib. 2. caſ. 788 n 1.* (i) Ut ſi vir cum viro, fœmina cum fœminâ rem habeat, *§. item lex Iul. I. de publ. jud. & ibi* Dd. *l. cum vir nubit. 31. C. ad l. Iul. de adult P. H. G. O. d. art.* Farin. *q. 146. n. 4.* Menoch. *d. caſ 286. lib. 2. num. 47.* Damhoud. *d. c. 96. num. 5.* Beuſt. *de matrim. c. 7.* Huc quoque referunt manuſtuprationem, quæ propriis fit manibus, Menoch. *d. caſ. 286. num. 50. & ſeqq. c. omnes eâ. 32. quæſt. 7.* Quanquam verius putem, hanc pollutionem propriè Sodomiam dici non poſſe. Unde frequentius placuit, hujuſmodi manuſtupratores exilio, vel aliâ pœnâ arbitrariâ plecti debere, Menoch. *d. l.* Damhoud. *cap. 96. num. 5.* (k) Id quod variis modis, quos pudor vetat aſſcribere, fieri poteſt.

Illud

Illud nihil intereſt, cum propriâ uxore quis hac præpoſterâ libidine ſeſe contaminaverit, an cum alienâ. Dd. *in l. 21. C. ad l. Jul. de adult.* Damh. *d. c. 96. n. 10.* Boſſ. *in t. de ſtupro deteſtabili in maſculos n. 2.* Covar. *de ſponſal. p. 2. c. 7. §. 5. n. 6.* Clar. *in §. Sodomia n. 2.* Beuſth. *d. l. c. 7.* Decian. *conſ. 83. lib. 3. n. 1.* (l) Præter enim infamiam, quam tàm agens, quàm patiens ipſo jure incurrit, *d. l. 31. C. ad l. Jul. de adult. c. infames. 3. q. 9.* Menoch. *d. caſ. 286. n. 8.* Gladio Sodomitæ è medio tolluntur, *d. l. 31. C. h. t.* Petr. Greg. *in ſynt. lib. 36. c. 10. rubr. de præpoſt. libid. n. 1.* Damh. *d. c. 96. n. 15.* Clar. *in §. Sodomia. n. 4.* Gail. *1. de P. P. 14. n. 26.* Quomodo & divino jure huius delicti rei vitâ mulctantur. *Levit. 18. Exod. 22.* Confer *c. mulier. q. 5. reos. c. qui coierit.* Menoch. *d. l.* Et huius criminis atrocitas facit, ut affectus pro affectu, ſi conatus ad actum quam proximè acceſſerit, ita ut rem perfeciſſet, ſi potuiſſet, aut niſi alio impedimento fuiſſet prohibitus, perinde puniatur, ac ſi factum fuiſſet perfectum Gail. *1. de P. P. 14.* Damhoud. *d. c. 96.* Menoch. *lib. 2. caſ. 360. n. 60.* Ego tamen putarem, æquius meliùs judicem facturum, ſi hoc caſu pœnam non ordinariam ſed aliquam leviorem imponeret, *per l. ſenatus §. fin. ff. de extraord. cognit.* Vid. Farin. *d. l. n. 60. & 61.* Clar. *in d. §. n. 8.* Hodiè *ex conſtit. Carol. vide* die P. H. G. O. *Carol. V. art.* 116. Sodomiam exercentibus ignis pœna decernitur, quæ etiam paſſim conſuetudine eſt recepta, Claro teſte *in §. Sodomia n.* 8. Ioſ. Ludovic. *deciſ. 17. n. 27.* In terris verò Saxoniæ, ſi cum bruto quis coierit, ignis pœnâ afficitur, ſin verò alio modo hoc crimen perpetraverit, gladio in eum animadvertitur. Coler. *deciſ. 187.* Reliqua quæ ad hoc delictum pertinent, item quomodo probetur, habent Decian. *conſ. 83. vol. 3.* Maſcard. *de probat. lib. 3. concl. 1313. n. 3.*

VIII.

Inter carnis porrò delicta rectè quoque connumerantur polygamia & lenocinium. Eſt autem polygamia nihil aliud, quàm conjunctio legibus prohibita (*a*) maris & fœminarum, item fœminæ & marium (*b*) quæ etiam ſolâ affectione, ad inſtar matrimonio perficitur. (*c*) Hoc delictum qui committit, ipſo jure infamis fit (*d*), & ex jure Carolino longe alii graviori pœnæ ſubjacet. (*e*) Lenocinium

verò,

verò, (f) quod omnibus illicitis conjunctionibus quaſi ſubſervit, definiri poteſt actus omnis, quo quoquo modo ad rem Veneream quis impellitur, ſuadetur (g), vel illicitus coitus juvatur, (h) quæſtus lucrique causâ (i). Hujus delicti pœna pro circumſtantia criminis variat. (k)

(a) Omnia enim jura omnesque leges ſive divinæ, ſive naturales, ſive civiles ſive Canonicæ hunc coitum execrantur & improbant, *l. 2. C. de inceſt. nupt. c. gaudemus. Ext. de divort.* Hinc nuptiæ *in princ. I. de patriâ pot.* definiuntur maris atque fœminæ non fœminarum non mariũ conjunctio, Adde §. *affinitatis. I. de nupt.* Hinc ſacræ literæ dicunt: Et homo adhærebit ſuæ uxori non uxoribus. Item: Et erunt duo in carne unâ non plures. *Gen. 2. v. 24. Matth. 19. v. 4.* Rurſus Paul. 1. *Cor. 7. v. 2.* ſcribit: Unusquisque ſuam uxorem, & unaquęque ſuum virum habeat. Idem *d. l.* Vir, inquit, ſui corporis poteſtatęm non habeat, ſed mulier. Quibus verbis quid aliut Paulus nobis ob oculos ponit, quàm ut oſtendat, bigiam ſacras literas averſari. Sanè non diffiteor, jam olim ex ſanctis patribus nonnullos ſibi plures uxores adſociaſſe, ut ejus rei exempla in Adamo, Eſau, Jacobo, Davide, Salomone in ſacris nobis occurrunt, *Gen. 4. v. 19. & 16. v. 4. & 29. item 30. Reg. 2. c. 3. & 2. c. 20. v. 3. & 3. c. 11. v. 8.* Vid. Menoch. *d. l. caſ. 420. n. 72.* Damhoud. *c. 89. n. 12.* Sed hoc contendo, polygamiam in Patribus Deum præpotentem non tàm approbaſſe, quàm conniventibus oculis toleraſſe, & hac in parte cum iis diſpenſaſſe. Deinde tralatitium eſt, non exemplis ſed legibus eſſe judicandum, itẽ, non videndum, quid de facto fiat, ſed quid de jure fieri debeat, Vid. clariſſ. JC. Joh. Borch. *in tr. de gradib. pag. 28.* Donel. 13. *comm. 10.* Beuſt. *in d. tr. p. 1. c. 3. & 4.* Ant. Guib. *tr. de matrim c. 1.* Prolixè Beza *in tr. de polygamia.* Monner. *in tr. de matrim. c. 4. & ſeqq.* Farin. *d. tr. q. 140. n.* Diſſ. Bernh. Och *lib. de polygam.* quem doctè confutat Beza *d. l.* ſed nec uxorem habenti licet concubinam ſuperinducere, *l. un. C. de conub.* cum nec plures quàm unam concubinam eodem tempore habere ſit licitum. (b) Quod fac intelligas, ſi ſimul & ſemel quis plures habuerit uxores vel maritos, *l. eum qui 18. C. ad l. Iul. de adult. l. 1. ff. de his qui not. infam.* Illorum enim ſententia, qui aſſerunt, ne quidem diverſo tempore defunctis fortè prioribus uxoribus, vel iis licitè dimiſſis, alias uxores duci poſſe, & ſacris & profanis legibus repugnat. *N. 2. N. 23. 1. Cor. 7. v. 39. 1. Tim. 5. v. 14. Ezech.*

 44. v.

44.*v.*22.Et eruditè reputata eſt à Beza *in tr. de divort. c. de alterâ ſpecie polygam.* Vid. Beuſt. *de matrim. c.* 3. Quid verò, ſi mulier credat maritum ſuum defunctum, nunquid ad ſecunda vota aſpirare poteſt? Hac de re ne ſim juſtò prolixior, ego hîc nihil aſſcribo. Videndi Cipr. *de jur. connub. c. 13. §. 71.* Proſp. Far. *d. q. n. 42. & multis ſeq.* (c) Quemadmodum n. matrimonium ſolo conſenſu contrahitur, ita etiam in polygamiâ evenit, quod ſi enim vir duas uxores duxerit, etiamſi necdum copula carnalis interyenerit, polygamus dicitur, ſubſecutâ verò copulâ carnali, fit ut hoc crimen fines egrediens vel in ſtuprum qualificatum deſinat, vel in adulterium. In ſtuprum quidem, ſi vir uxorem jam habens aliam inſuper aſſumſerit. Nec dixeris, hoc caſu forma matrimonii eſt violata. E. Adulterium eſt commiſſum. Plus enim eſt in concluſione, quàm fuit in premiſſis: Vel adulterium ſi uxor vivo adhuc marito alii nupſerit (d) *l. 1. in fin. ff. de his qui not. infam. l. 18. C. ad l. I. de adult. l. 2. C. de inceſt. nupt.* Clar. *in §. fornicatio n.* 30. D. Joh. Borch. *de gradib. pag.* 27. Fichard. *conſ. 115. n. 7. vol. 2.* Beuſt. *de matrim. p. 2 c. 4.* Donel. *13. comm. 19.* Farin. *d. q. 14. n. 15.* Quam pœnam etiam incurrit is, qui bina ſponſalia contrahit. Gl. *in l. 18. C. ad l. Jul. de adult.* In terris verò Saxon. *ex conſtit. Sereniſſ. Elector. tit.* Von zweyen Ehegelöbnüſſen / carcere vel aliâ pœnâ arbitrariâ punitur. Sunt nonnulli ex Dd. quibus perſuaſum eſt, pœnam polygamiæ capitalem eſſe de jure Juſtinianeo, quod nobis non fit veriſimile. Illud quidem in aperto eſt, ſi hæc conjunctio confirmetur copulâ carnali, ita ut vel in ſtuprum inclinet vel in adulterium, pœnam ſtupri vel adulterii irrogari poſſe. *l.* 18. & ibi Dd *ff. ad l. Jul. de adult.* Weſ. *in par. ff. d. t. n. 8. gl. in d. l 18.* Covar. *de ſponſal. p. 2. c. 7. §. 3. n* 6. Clar. *in §. fornicatio n. 26.* Boſſ. *in t. de coit. dam. n.* 78. Diſſ. Menoch. *2. de arbitr. jud. quæſt. caſ.* 420. *n.* 103. Qui tamen priorem ſententiam dicit magis receptam. (e) Indiſtinctè enim bigami pœnæ capitali ſubjiciuntur. Vid. die P. H. G. O. *Carol V. art.* Von ſtraffe des Vbels das in geſtalt zweyfacher Ehe geſchicht. Quod & auguſtiſſimus Elector Auguſtus ſanxit *p 4. c.* 20. ubi Moller. Weſ. *in par ff. h. n.* 8. Vig. *in method. conſtit. crim. Car. V. c. 6. reg. 9.* Fichard. 2. *conſ. 115. n. 24.* Quod ſi ad bigamiam non acceſſerit copula carnalis, conſtitutioni Carolinæ locus non eſt *per d. text. ibi:* vollnbringen. Alii tamen pœnæ eæq; mitiori, carceri fortè, relegationi vel fuſtigationi, vel etiam pecuniariæ pœnæ ſubjacebit, Mod. Piſt. *conſ. 42. n. 33. vol.* 2. Moll. *ad conſt. Elect. d. l.* (f) Ab alliciendo ſive leniendo dictum, quod leno adoleſcentulas, juvenculas ad ſtupra & adulteria alliciat, & quaſi blandiendo leniat.

crimen

Crimen hoc maximum eſt, & ipſo etiam adulterio gravius: Adulter namq; in ſe ſolum, leno verò & in ſe & alium peccat. *gl. in l. Athletas. §. Pomponius n. 2. ff. de his qui not. infam.* Deinde adulterium ex unius libidinoſæ fœminæ amore impio naſcitur, lenocinium verò generale eſt, & plures ad libidinem ſuam explendam quæſtus causâ perducit. Damh. *in pr. crim. c. 91. n. 2.* (g) *l. 2. § 2. ff. ad l. Jul. de adult. l. Athletas. § 1. ff. de his qui not. infam. l. 2. l. 6. C. d. t.* Quisquis igitur queſtuarias fœminas habet, ſive principaliter hoc negotium illis exerceat, ſive alterius negotiationis acceſſione, vel alias quaſcunq; virgines, & mulieres, aliorũq; uxores blãdis verbis, promiſſionibus, muneribus aliisq; artibus & fallaciis adducit & allicit adhoc, ut ſui aliis copiam præbeant, is leno eſt, Farin. *in d. tr. q. 145. t. 16. n. 21.* Damh. *c. 19 n. 2.* Quemadmodum ſi parentes filias ſuas, eas alliciendo & impellendo, item mariti ſuas uxores aliis ſtuprandas exhibeant, & hoc delictum exerceãt, fit ut illud cum turpitudine longè majori ſit conjunctum, Et ut Ulp. *lib. 4. de adult. loquitur;* Non mediocriter tales delinquunt, *l. 29. § 3. l. 33. § fin. ff. ad l. Jul. de adult.* P. H. G. O. *Carol. V. art. 122.* D. Chirl. *in tr. de condict. ob turp. cauſ. c. 3. n. 96. & ſeqq.* Farin. *d. q. 144. t. 16. n 69.* (h) *d. l. 2. § 2. ff. h. t.* P. H. G. O. *art. 123.* Hinc ſi quis pro comperto ſtupro, vel conſcientiâ adulterii pretium acceperit, vel ut vir fœminavè in adulterio deprehẽſi pecuniâ aliâve re pactione ſe redimerent, dolo malo effecerit, pro lenone reputabitur. *l. 29. § 2. h. l. 14. ff. eod.* Damh. *d. c. 91.* multò magis is pro tali habebitur, ſi quis cum adultero pactus fuerit vel tranſegerit, *d. l. 14. ff. h. t. junct. l. 11. ff. eod.* Kloc. & Dd. *in l. tranſigere. C. de tranſact.* Quanquam n. in pacto gratuito nihil pretii vel lucri detur, apparet tamen ſpem aliquam lucri ſubeſſe. Sed nec ille hoc crimen evitare poteſt, qui adulterii damnatam ſciens duxerit. *l. 29. § 1. ff. h. t.* Maritus ſanè ſi deprehenſam uxorem in adulterio retinuerit ita, ut ejus ſcientia nullâ poſſit adumbrari ignorantiâ vel aliquâ contrariâ credulitate, ab hoc crimine ſe nullus excuſare poteſt *l. 8. l. 29. § 1 ff. h. 17. C. eod.* Hoc loco duo diſputari ſolent, utrum huic juri *per Auth. ſed hodie. C. h. junct. N. 117. c. 15.* ſit derogatum: Deinde an pro lenone maritus ſit habendus, ſi uxorem retinuerit nullius quæſtus lucrivè gratiâ? Prius affirmabo. Poſterius negabo. Ad hanc claſſem rectè retuleris, qui domum ſive propriam ſive conductam, item vineam vel agrum proprium vel alienum ad ſtuprum vel adulterium comittendum accommodant, vel ſaltèm adhoc, ut de ſtupro, de adulterio tractetur, & ſi fortè tempore tractatus illud commiſſum non fuerit, conceſſerint, *l. auxilium*

*xilium.§.fin.ff.de minorib.l.qui domum.ff.ad l.Jul de adult.junct.l.1. §.fin. ff.de extraord.crimin.*P.H.G.O. *Carol.V.art.123.ibi:* Auch die jenigen ſo wiſſentlicher geſchrlicher vnd boßhafftiger weiſe jhre Häuſer darzu leihē. (i) Citra quæſtum enim fruſtra quæſieris adulterium. *l. 29. §. 4.ff. ad l. Jul.de adult.*Far.*d.q.*144.*n 39.*(k) Nam parentes & domini filias & ancillas proſtituentes, præter infamiam, (quod illis commune cum omnibus lenonibus, *l.1.l.4 §.2.ff.de his qui not.infam.l.3 ff.h.t.*) quām incurrunt, nō tantum patriam & dominicam poteſtatem amittunt amiſſo ſimul uſufructu omnium bonorum adventitiorum: ſed etiam in metallum publicum, ſi humiliores fuerint, damnantur: vel ſi honeſtioris conditionis, bonorum, militiæ, dignitatis amiſſione mulctantur, *l.pen.& ult.C.de ſpectacul.l ſi lenones.& ibi Dd.C.de Epiſc.audient.*Petr.Greg.*d. l.c.*11.*n.*5. In terris Saxoniæ, ſi parentes liberorum pudicitiam miſerè quæſtus gratiā proſtituant, gladio feriuntur, Weſ.*in §. item lex Iulia.I.de publ.jud.*Moll. *ad conſtit.Elect.p.4.conſt.29.n.2.& ſeq.* D. Clud. *in d. tr.c.3.n.100.* Mariti verò in uxoribus, vel contra uxores in maritis lenocinium quocunque modo exercentes eādem pœnā, quā adulteri tenentur. *l.37.§.1.c.ff.de minor.l.8 l.10.l.29.in pr.§.2.l.33.ff.h.l.9.l.17.C.eod.*P.H.G.O.*art.122* conſtit. Elect.Aug.29.*p.* 2.& ibi Moller. Far. *d.l.n.* 70. *& ſeqq.* Si tamen maritus ex hac re quæſtum non faciat, quemadmodum propriè leno non eſt: ita nec pœnæ ordinariæ eſt obnoxius, *arg.l.4.§.2 ff.de his qui not. inf.N.* 134. Vigel. *d.l.c.* 6.*r.*10. Farin. *d.l.n.*78, Decian.*c.90.*Menoch.*d.c.*534.*n.* 24. Unde D. Elector *in d. conſtit.* conſtituit pœnam fuſtigationis. Diſſ. Angl. *in l. 2.ff.h.* Extraneas porrò perſonas ad meretricium actum perſuaſionibus, pretiis & precibus perducentes quęſtus ſui gratiā ultima ſupplicia h. e. ut rectè Gothofr. *in d. N.* 14. interpretatur, pœnam exilii ſuſtinere jubentur. Diſſ. Sichard *in l.mercalem.C.de condict. ob turp. cauſ.* Cujac.*in N.*14. Damh.*c.*91. In domum verò recipiētes lenonem, vel domum ſuam locantes & patientes illum in eā lenocinium exercere in pœnam decem librarum auri incurrunt, habitationemque amittunt: *d.N.*14. Hodiè ex conſtit.crim: copulatricibus, item domos & hortos ad hanc rem ſcienter accommodantibus pœna exilii, item flagellationes pro modo admiſſi infligitur. P.H.G.O.*Carol.V.art.*123. D. Clud. *d. c.*3. *n.*100. In conſtit. Elector. pœna fuſtigationis in extraneos, ſi quæſtus gratiā hoc fecerint, eſt conſtituta. Carceris verò & relegationis, ſi ſine quæſtu. Vid. Moller. *d.l.*

COROL-

COROLLARIA
EX JURE JUSTINIANEO ET FEUDALI DESUMPTA.

I.

PAtriam poteſtatem, quæ utique juris Civilis eſt, nec Doctorali dignitate, nec Monachiſmo diſſolvitur. Quid igitur matrimonione ſacris paternis filii liberantur? Ita quidem ſentit Bodinus, ſed quem rectè dixeris in media luce cæcutire. Planè hodiè in Germaniâ matrimonio (malo dicere ſeparatione familiæ & domicilij voluntate patris facta) patriam poteſtatem extingui præſtantiſſimi quiquo Juriſconſulti teſtantur. Quod & in Gallia, Burgundia, Nivernia, Hyſpania, Luſitania, Lombardia, Civitate Neapolitana, ut hinc inde Juriſconſulti notarunt, obſervatur. Ego verò, ut ad Germaniam revertar, diſſolvi quidem vinculum ſacrorum matrimonio quoad nonnullos Juris effectos non diffiteor. In totum verò illud paſſim in Germania falli ad inſtar emancipationis, hoc verò non facilè ſtatuerim.

II.

Juriſdictio delegata quandocunque etiam re non amplius integra ab ordinario rectè revocatur.

III.

Aſſerunt nonnulli mercatores ad exemplum argentariorum teneri ad rationes edendas iis, quibus cum contraxerunt, ſed opinio ſummè improbabilis.

IV.

Illud ſanè rectè affirmatur, literas ſeu ſchedulas quæ inter mercatores, per quam breves dari conſueverunt, paucis adhibitis ſolennitatibus Wechſelbrieff / ob bonam fidem, quæ ſi inter ullos, certè mercatores attendi debet, probare.

V.

Minorem viginti quinque annis ad litem Prŏcuratorem ipſo jure conſtitui poſſe non malè multi docuerunt. Quod verò Pragmatici contendunt, Procuratorem ad agẽdum conſtitutum, etiam ad defendendum datum intelligi, & quod eſt conſequens, neceſſariò defenſionem ſubire debere, illud auſim dicere ex jure civili probare non poſſe. Quamvis contraria ſententia in praxi fortè ſit tutior.

VI.

Mandatum procuratorium vulgò ein Vollmacht oder Gewalt / inter alia continere debet, quis procuratorem conſtituat, quis conſtituatur, in qua causâ ad quid, contra quem, coram quo judice. Quod verò clauſulam de ratihabendo, neceſſariò ei inſerendam vel inſertam mandatum ampliare multi concludunt, in eo non leviter errant contradictionemque ſtatuunt.

VII.

Conjunctam perſonam pro cõjuncta citra mandatum procuratorium cum cautione tamen de rato ad agendum admitti, juris eſt non incerti, quod etiam in marito pro uxore agente jure eſt proditum. De jure verò Saxonico num idem dici debeat, cogitanti non deſunt rationes dubitandi. Tantum tamen abeſt ut hoc jure aliud obtineat, ut

etiam

etiam indiſtinctè maritus per cautionem rati vel mandatũ ſeſe legitimare teneatur, vide Incliti & Auguſtiſſimi Electoris conſtitutionem provincialem 15.p.2.§. Derwegen.

VIII.

Actus legitimos in ea cauſa eſſe ut mandari non poſſint, eruditè Petrus Faber demonſtravit.

IX.

Is qui exequitur mandatum non debet excedere fines mandati. Nam qui eos excedit aliud quid agere videtur. Unde concludo, legatum à præſcripto mandati in tantum reſilire non poſſe, ut nec aliud ſit dicendum etiamſi neglectis mandati terminis, negotium felicius expedire poſſit. Quid verò ſi nova ex accidenti ſuboriatur cauſa quæ tempore legationis committentem latebat. Poteſtne formulam mandati inſuper habere legatus? Et hoc ſibi non licere putabit quisquis ſuæ vitæ famæ & bonis rectè conſultum vult.

X.

Socium pro ſocio ære alieno regulariter non obligari qui ſtatuunt, à juriſratione non deviant.

XI.

Creditorem ex natura Pignoris, pignus modò id legitimè fiat vel dupondii norunt, unde quæritur, utrum creditor, debitore per denunciationem etiam unicam in more conſtituto à tempore moræ biennium ante adhuc expectare teneatur quàm proſiliat ad diſtractionem pignoris. Negant hoc quidem Connanus & Donellus, ſed eos ſole clarius confutavit D. Hartmannus Piſtoris in ſuis quæſtionibus.

Pro

XII.

Pro dote conſervanda & reſtituenda maritus fidejuſſorem dare regulariter non tenetur; voluntate tamen & mariti & uxoris datus obligatur.

XIII.

Quotidiana quidem ſed aliquantulum intricata ut loquitur Vincentius Carotius eſt quæſtio, quatenus Creditor rem alteri ſolutam avocare poſſit, ut rem omnem in pauca conferam, ita habendum eſt: Creditores perſonalas quas Chyrographarios appellamus, alteri creditori ſolutum, debitore ſolvendo non exiſtente minimè portionem avocare poſſe. Jus enim civile vigilantibus ſcriptum eſt. Contra verò privilegiarios à creditore Chyrographario ſolutū repetere poſſe, idque indiſtinctè in jure traditum eſt, & ita ex ſententiâ Marcelli contra Papinianum diſputat Martianus. Nihilque refert, res extet, an ſit conſumta, quod diſplicet Covarr. Cæterùm in hypotecariis creditoribus res majoris eſt dubii, an creditor generalem omnium bonorum hypotecam habens poſſit rem in ſolutum ſecundo creditori eidemq; hypotecario datam in ſubſidium repetere? Peregr. Menoch. Gaill. Rauchb. Decian. &c. diſtinctione rem omnem componunt. Sed malè. Rectius enim ſentiunt illi, qui indiſtinctè repetitioni locum relinquunt.

XIV.

Feudum Cameræ & Cavenæ nonnulli ſolius dantis morte, alii ſolius accipientis finiri docent. Mihi verò eorum opinio, quæ & uſu recepta eſt, probatur, qui aſſerunt, regulariter neutrius morte hæc feuda finiri, ſed eſſe in hæredes tranſitoria.

Feu-

XV.

Feudum novum jure feudi antiqui. Nach art vnd eigenſchafft eines rechten alten Stammguts concedi poſſe feudoque antiquo ferè in omnibus ejus naturam & effectus ſequi, ut in Camerâ probatum, ita quoque veriſſimum eſt. Contra evenit in feudo veteri. Hoc enim jure feudi novi vaſallus accipere nequit, ita ut ea res quicquam præjudicii creet agnatis, niſi ſuo conſenſu probent hanc feudi mutationem aut ratam habeant.

XVI.

Feudum conſtituere poſſunt regulariter omnes, nullâ vel ſexus vel dignitatis habitâ ratióne. Unde infero, & ruſticum feudum conſtituere poſſe & fœminam: Illud tamen fœmineum eſſe, quomodo ſentit Andr. Knichen verior, ut probare poſſis?

XVII.

Qui negant Clericos feudum ut dare ita & accipere poſſe, illi rem cominus conſiderant.

XIIX.

Feudum in uſibus feudorum pro contractu feudali ſumi, textibus manifeſtiſſimis contra Hottom. & Fachin. probabo. Rectè quoque ſtatuunt, qui feudi contractum inter nominatos juris civilis & bonæ fidei reponunt.

XIX.

De naturâ feudi præſtantur ſervitia feudalia; regulariter quidem non tamen ſemper. Nam pacto illa in

 la in

la in univerſum remitti poſſe, ut in feudo Franco ve ſaltem reſtringi ut in feudo conditionato, & textibus rationibus dubiis oſtendemus.

XX.

Vaſallus domino ſucurrere tenetur adverſus omnes, ſi Ligius fuerit, ſin ſimplex, contra omnes quidem, ſi à ſuperiori & antiquiori recedas. Ex hac exceptione, quæ regulam in caſibus non exceptis confirmat, conſtat, etiam contra patrem, filios & fratres vaſallum ad ſerviendum eſſe obſtrictum. Quod tamen declaratione in ipsâ collatione facienda indiget.

XXI.

Vaſallus feudum non tantum ſubinfeudare poteſt, quin & tranſigere de eodem, modò tranſactio non abſit à bonâ fide, benè valet.

XXII.

Remedia poſſeſſoria domino vel vaſallis competentia, utrum coram ordinario judice, an feudali ſint inſtituenda, multum litigatur. Ego cum Roſenthal. defendam, quæſtionem poſſeſſoriam ad ordinarium judicem pertinere, uti in Cam. Imper. in causâ Obernburg contra Windeck eſt pronunciatum.

FINIS.